Benedic anima mea domino: et noli obli
visci omnes retributiones eius.
Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis:
qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coro
nat te in misericordia et miserationibus.
Qui replet in bonis desiderium tuum: re
novabitur ut aquile iuventus tua.
Faciens misericordias dominus: et iudicium

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMPENDIVM
PRIVILEGIORVM
REV. FABRICÆ S. PETRI

Iunctis declarationibus eorumdem, ac Decretis ſuper frequentioribus dubijs per Sac. Congregationem factis, pro faciliori illorum notitia, & vſu induſtria, & labore.

IO: CAROLI VESPIGNANI
Iudicis Ordinarij in vnum redact.



Pertinet ad Bibliothecam S. Francisci Transtyberim 1721

ROMÆ, Typis Reu. Cameræ Apoſtolicæ. M. DC. LXXVI.

Digitized by Google

LECTORI.

INdicem hunc, ſiuè Compendium priuilegiorum Reuerendæ Fabricæ ad vſum tantùm Tribunalis eiuſdem ſcias factum eſse, omiſsa impreſsione Conſtitutionum Apoſtolicarum in Bullario nouo exiſtentium, & hic ſuis in locis ad materias indicatarum, itaùt vno ictu oculi facùltates omnes percurrere poſſis. Cætera, quæ fortaſsè deſiderabis ad rem priuilegiorum huiuſmodi; extant inſtructa, ſed meliùs reuidentur. Vale.

Digitized by Google

EMINENTISSIMIS, ET REVERENDISSIMIS

DOMINIS CARDINALIBVS

Sacræ Congregationis Venerabilis Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe Præfectis.

IO: CAROLVS VESPIGNANVS

PROSPERITATEM.

IVſiſtis Eminentiſs.mi Patres priuilegia, & facultates Venerabilis Fabricæ è naufragio temporis aliquo modo inſtaurari, opportuniſque locis inſimùl indicari; vt poſt decimum quartum ſupra centeſimum annũ reuiuiſcant, facilioriquè vſui, & notitiæ exhibeantur. Cumque hæc nutu veſtro facta ſint; Decet omninò veſtri nominis

cli-

Digitized by Google

clipeum anteferre: Vos qui Sacram hanc Congregationem conſilio, ſapientia, oraculis, iuſtitia, ac ſumma caritate, aſsiduis curis florere, & micare laboratis. Tutelam quoq; priuilegiorum, ac ſanctionum huiuſmodi præſtantiſsimo animi vigore amplectamini. Sicutì enim columne, ipſaquè fundamenta vaſtiſsimi Templi cuſtodiuntur. Ità hæc priuilegia, (quorum virtute pretioſi lapides Statuæ admirabiles, Moles immenſæ, vt ſileat ſua miracula menphis, Grandia eximiæ Artis ornamenta excitata ſunt). Velutì columne ſeruari debent, ac magno in pretio haberi; Interìm hoc meæ obedientiæ obſequij, ac longeuæ erga Eminentias Veſtras ſeruitutis, exiguum monumentum Dono. Dedico.

COLLEGII
REV. FABRICAE
Inſtitutio, & Facultates.

COllegium Reuerendæ Fabricæ fuit inſtitutum à Clemente VII. *Conſtitut.* 3. *in Bull.* §. 1. *&* 2. eximitur cum eius particularibus perſonis ab omni alia Iuriſdictione, & ſuperioritate A Clemens VII. *Conſtit.* 3. §. 3.

Facultatem habet deputandi B Officiales, & Salaria dandi dicta *Conſtit.* 3. §.4. *&* 10. ſtatuendi, & ordinandi C pro proſpero ſtatu Reuerendæ Fabricæ, & Statuta huiuſmodi eo ipſo cenſeantur auctoritate Apoſtolica ibidem.

Iuriſdictionem ordinariam exercendi. *d. Conſt.* §. 10.

A

Vigore huius priuilegij omnes fabricæ inſeruientes ſemper fuerunt exempti à quauis alia iuriſdictione tàm ciuili, quàm criminali actiuè, & paſſiuè, & vide Bullam Pauli 3. in Bullar. nouo 31. §.46. in qua confirmantur exemptiones, & priuilegia in perpetuum.

B

Hoc intelligitur de omnibus Miniſtris Fabricæ inſeruientibus quibus de ſtylo conceduntur Litteræ patentes, vel Inhibitiones in Curia, & extrà etiam cum facultate deferendi arma ad inſtar Cameralium.

C

Nota quod vigore huius facultatis Collegium bannimenta etiam pœnalia publicare conſueuit pro

Digitized by Google

vijs, & paſcuis animalium fabricę inſeruien. vt infrà pro exemplo habetur.

Fides geſtorum per Officiales ab ijs ſubſcriptæ, & ſigillo Collegij munitæ fidem faciant, ac ſi per Camerarium, & Præſidentes Cameræ geſta, & facta eſſent. Clem. VII. dicta Conſt. 3. §. 7.

D

Hanc facultatem habent etiam Commiſſarij vt infra in inſtructionibus impreſſis.

E

Liberæ non cum pacto quotæ litis.

Procedendi contra debitores præſentes manu regia D pro debitis etiam ex cauſa ceſſionis liberæ E Fabricæ factæ, vel ſi ad eam vigore applicationis pertineat illis perſonalitèr, vel ad domum citatis, abſque alia tela iudiciaria, ſingulis diebus, etiam tempore feriarum. Clem. VII. dicta Conſt. 3. §. 10. & Pauli 3. Conſt. 31. §. 33.

Procedendi etiam Sede Vacante, & Romano Pontifice à Romana Curia abſente, dicta Conſt. 3. §. 10.

F

Huiſmodi facultas excommunicandi fuit interdicta Commiſſarijs, vt infra in inſtructione §. 18. Et in decreto 20. Aprilis 1633. infra.

Debitores, & condemnatos excommunicandi F aggrauandi, & reaggrauandi toties quoties &c. auxilium Brachij ſęcularis cō-

tra

tra eos inuocandi, & quæcumque remedia per Præſidentes Cameræ exerceri ſolita vſque ad integram ſatisfactionem exercendam, dicta Conſt.3. §. 11.

Commiſſiones cauſarum appellationum, & nullitatum per ſolum Collegium facien.d.Conſt.3.§.12.

Sìgnatura Iuſtitiæ, vel alius quiſquã committere non poſsit cauſas fabricæ, & niſi per ipſum Papam propria manu vocatis Officialibus commiſſiones ſignari poſſint, G dicta Conſt. 3, §. 12.

Mandata Officialium Collegij Fabricæ per quoſcumque Exequutores exequi facien. d. Conſt. §.13.

Impedientes exequutiones, ſeù perceptiones bonorum ad Fabricam ſpectantium, vel Teſtamenta, & ſcripturas H occultantes ſunt excommunicati, & pro talibus tàm per Collegium, & eius Officiales quàm per Commiſſarios in particulari declarari poſſunt, dicta Conſtitut.3.§.14.

Perturbantes etiam effectum gratiarum Fabricæ, & auxilium præſtantes, nec non committentes dolum I vel fraudem in præiudi-

G

Priuilegium huiuſmodi fuit etiam ampliatum per Paulum 3. 30.Ian.1540. & in ſpecie Iul. 3. 20. Iulii 1552. infra impreſſ.

H

Contra Fraudantes machinantes falſificantes, ſeù quoquomodo præiudicantes Fabricæ maioris excommunicationis ſententia ſubiecit Leo X. 6. Septembris anno 2. infra impreſſ.

I

Contra fraudautes fabricam. Vide infra decretum Leonis X.anno 1514.

cium fabricæ, vel eius pecunias in alium vſum conuertendo excommunicati declarantur à Paulo 3. in Bulla incipien. Si Cunctarum, ſub Datum 6. Idus Auguſti anno 1535.

Notarij Parochi, & alij habentes notitiam tenentur infra menſem reuelare teſtamenta, donationes, & alia inſtrumenta in fauorem fabricæ L Clem. VII. d. Conſt. 3. §. 15.

L

Commiſſarii vigore huius facultatis conſueuerunt affigere edicta ſuper huiuſmodi reuelationibus in eorum Prouinciis.

Priuilegia, & gratiæ per dictum Clementem VII. in dicta Conſtitutione conceſſa non veniunt in generali, vel ſpeciali reuocatione etiam cum derogatorijs derogatoriarum ſub quacumque forma verborum etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis; M Sed voluit vt vim contractus iurati habeant. Clem. VII. dicta Conſtit. 3. §. 16.

M

Idem de omnibus facultatibus fabricæ Paul. 3. in Breui 6. Idus Aug. 1535.

Priuilegia, & facultates fabricæ non cenſeri reuocata, nec compræhendi ſub generali reuocatione, & niſi de verbo ad verbum inſerta ſint, & quoties reuocari contigerit, de nouo cõceſſa cenſeantur, neq; ſub regulis Cancellariæ à Summo Pontifice

tifice

Digitized by Google

tifice edi conſuetis ſtatuit Paul.3. Conſtit.31. §.47.

Teſtamenta clauſa aperiendi,ſeù aperiri faciendi à quibuſcumque Notarijs poſt annum à die mortis teſtatorum, & copiam authenticam tradi faciendi ſoluta mercede N iuxtà formam priuilegiorũ Pius 4. in Motu proprio. Dat. 5. Kal.Ian. anno 3. in Bull. Conſtit.65.

Officiales Reu. Fabricæ admittuutur in veros familiares Papæ, eiuſque indubitatos commenſales cenſeri debere, & omnibus exemptionibus gaudere, prout antiqui,& veri familiares gaudent etiam quoad expeditiones gratiarum Clem.VII Conſt. prid. Kal. Decemb. 1526. infra impreſsa.

Legata pia quæcumque in Vrbe exequendi infrà quindecim O menſes à die mortis teſtatorum realitèr non adimpleta, in quibus Vicarius Vrbis non præuenerit cum retentione quintæ partis Sa.mem. Pius V. Conſt.96.

Legata pia quæcumque poſt triennium non adimpleta paritèr exequendi cum retentione medietatis P eorum pro Fabrica, idem San.

N

Nota, quod merces Notariorum fuit taxata per Leonem x. ad rationẽ duorum cum dimidio pro quolibet centenario per fabricam applicando.

O

Extra Vrbẽ tamen proceditur poſt annum Paul.3 Conſtit.31. §.11. & ita habetur in Inſtructionibus Commiſſariorum infra.

P

Intellige tamen de legatis abſque onere, & vide

infra declarationes anni 1579.

San. mem. Pius V. Conſtit. 97.

Bona Eccleſiarum malè alienata reuidendi,& huiuſmodi cauſas cognoſcendi cum applicatione fructuum eorumdem bonorum fabrice indebitè perceptornm, cauſaſque huiuſmodi ab alijs Iudicibus auocandi, & cum certa forma terminandi. Idem San. mem. Pius V. Conſtit.98. Q

Q

Huiuſmodi facultas fuerat antea Fabrice attributa per Iulium 2. Conſtit. 23. §. 15. Clem. 7. Conſt.9.§. 10.& Paul.3.Cōſt.31.§.9

Bona Eccleſiarum malè alienata, & per Commiſſarios recuperata De nouo concedere poterant in euidentem vtilitatem Eccleſiarum in emphiteuſim ſiue ad generationes cum conſenſu intereſſe habentium San. me. Pius V. Conſtitut.98. §.5. R

R

Sed hodie in Inſtructionibus huiuſmodi facultas fuit omiſſa. Vide infra in Inſtructionibus num.31.

Facultatem habet componendi cum poſseſsoribus bonorum ſuper tertia parte fructuum malè perceptorum eidem fabrice applicaturum, etiam inuitis Prælatis, vel Superioribus Eccleſiarum, dictoſque Poſseſsores quietare, ibidem §.5. in fine.

S

Eandem facultatẽ conceſſit in Vrbe, & extra Paulus 3. 22. Iulii 1540. etiam priuatiuè quoad alios

Lapides antiquos, & marmores extrahi faciendi S quotquot haberi poterunt ex Portueñ, & Hoſtieñ Ciuitatibus, eorumque Portubus, & agris

Digitized by Google

& agris abſq; alia licentia. Clem. VIII. in Breui 23. Iulij 1598.

Legata quæcumque pia Almæ domui Lauretanæ relicta exequendi poſt annum in Italia, & poſt biennium extra eam à die, quo dictæ Eccleſiæ Lauretanæ Miniſtris fuerint denuntiata, vel ceſsantibus denunciationibus ſi poſt trienniũ in Italia, & quinquennium extta eam à die mortis teſtatorum computaſi T Legata huiuſmodi non exegerint, aut alias litem contra hæredes, vel obligatos non mouerint S.m. Pius V. Conſt. 56. cõfirmata à Clemente VIII. 16. Martij 1599.

T

Notandum eſt, quod tempus anni, vel biennii computãdum eſt à die mortis Teſtatorum, & vis priuilegii conſiſtit in tempore nulla adhibita interpellatione.

Donationes pias etiam exequendi itaut facultates fabricæ non ſint reſtrictæ ad vltimas voluntates Clem. VII. Conſt. 3. §. 10. & declarauit Iul. 3. Conſtit. 15. in Bullario

Donatio Fluminis Anienſis cum eius Ripis, & lignaminibus ad fauorem Fabricæ facta à Paulo III. 10. Kal. Septembr. anno 5. Vna cum omnibus Minerijs Tiburtinorum lapidum, Puteolanæ ad Cameram Apoſtolicam ſpectantium.

Cauſæ

Cauſæ omnes Rèu. Fabricæ eiuſque intereſse concernentes declaratæ fuerunt eſse Sedis Apoſtolicæ, & ipſius Papæ V à Paulo III. in Motu proprio 8. Auguſti 1535. Vbi etiam eximitur à ſolutione expenſarum in ijſdem cauſis ad inſtar Fiſci, & Cameræ Apoſtolicę vt in eodem Breui infrà impreſso.

V

Item cauſæ intereſſe Fabricæ concernentes auocantur à quibuſuis Iudicibus, & Collegio committuntur Clem. 7. Conſtit. 3. §. 11. & Iul. 3. in Breui 20. Iulii 1552. infra impreſſo.

Sententiæ duæ conformes pro Fabrica latæ habent vim trium, & faciunt rem iudicatam, nec appellationes ab eis debent recipi, & commiſſiones ſemper intelliguntur ſignatæ cum clauſula ſine præiudicio executionis duarum conformium, ſtatuit San. me. Pius V. Conſtitut. 96. in Bull.

Bona X Fabricæ, & res ad eam ſpectantia, vel aſportata ſunt exempta à quacumq; Gabella Leo X. 5. Non. Martij 1514. §. 17. Paulus III. Conſtit. 31. §. 16.

X

Vide infra decretum Card. Camerarii an. 1565.

Bona Fabricæ debent vendi ſub Aſta Clem. VII. Conſtit. 3. §. 9. Paul. 3. Conſt. 31. §. 16.

FABRI-

FABRICA

Super quibus componere poſsit, & Ius habeat.

COMPONERE poteſt ſuper fructibus malè perceptis ob omiſſionem horarum Canonicarum, & Diuinorum Officiorum Iul. 2. Conſtitut. 23. §.8. in fin. Paulus 3. Conſtit. 31. §.5. in fin.

Super malè ablatis incertis, vel per vſurariam prauitatem quęſitis etiã certis, quæ Fenerator ab alio Feneratore extorſiſſet, & quæ ipſemet requiſitus vſuras reſtituere paratus non eſſet Iul. 2. Conſt. 23. §.9. Clem. 7. Conſt. 9. §.5. Paul. 3. Conſt. 31. §.6. A.

Vbi quod malè ablata adeò ſunt Fabricæ applicata, vt poſſit etiam exacta ab Ordinarijs repetere Clemen. 7. dicta Conſtitut. 9. §. 6. & Paul. 3. Conſt. 31. §.8.

Super relictis alicui priuatæ Eccleſiæ, in quibus Eccleſia Romana de iure

Notandum eſt, quod diſpoſitio Tex. in l. Per diuerſas, & l. Ab Anaſtaſio C. mandat. non habet locum in Ceſsionibus, ſeù compoſitionibus, quæ fiunt cum Fiſco cum Camera, vel Fabrica S. Petri etiam ad fauorem tertiæ perſonæ, vel reuelatoris, ſeù denunciatoris, prout etiam ſemper ſeruatum fuit in Tribunali Fabricæ, & de iure teſtatur etiam Modernus de Luca de debit. & Credit. diſcurſ. 149. num. 6. & ſeqq.

A

Vide decreta, & declarationes factas per Sac. Cõgregationem Fabricæ infra ſuper huiuſmodi materia.

Digitized by Google

B

Aduerte, quod huiuſmodi legata pauperibus fuerunt declarata certa per Conſtit. Alex. 7. 16. Nouembris 1660. & in ijs proceditur prout in alijs legatis certis.

C

In his verbis reſtringitur vis tota huius priuilegij, & vide declarationes nes Sac. Congr. anno 1579. infra.

D

Aduerte, quod in huiuſmodi legatis Miſſarum licèt in genere relictis, non fit compoſitio pro futuro, ſed tantùm pro præterito quando vires patrimonij ſuppetunt.

Aduerte etiam quod ſuper huiuſmodi legatis puellarum adſunt decreta anno 1579. 1598. inferius regiſtrata, in quibus aliquo modo præſeruantur.

E

Vide ſuper his amplio-

communi ſuccedere poteſt Iul. 2. Conſtit. 23. §. 10. Clem. 7. Conſtit. 9. §. 6. Paul. 3. Conſt. 31. §. 8.

Super bonis reſtituendis ijs, quibus ignoratur reſtitui debere etiamſi non ſint malè ablata Iul. 2. Conſtit. 23. §. 11. Clem. 7. Conſtit. 9. §. 7. Paul. 3. Conſtit. 31. §. 6.

Super relictis pauperibus B vel pijs locis in genere, & abſque vlla ſpeciali determinatione, & proprijs nominibus C perſonarum non expreſſis tàm pro præterito, quàm pro futuro Iul. 2. Conſt. 23. §. 12. Clem. 7. Conſtit. 9. §. 8. Paul. 3. Conſtit. 31. §. 6.

Super relictis pro maritandis puellis, celebrandis Miſſis, D & Diuinis Officijs in genere tàm pro præterito, quàm pro futuro Leo X. in Breui 18. Kal. Octobris 1517.

Super occupatione bonorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum, ſi occupātes deficientibus probationibus compelli non poſſent etiam ſi probari poſſet Iul. 2. Conſt. 23. §. 11. Clem. 7. Conſtit. 9. §. 10. Paul. 3. Conſt. 31. §. 9. E

Ius

rem facultatem conceſſam per Sa.mem **Pium V.** *Conſtit.98. in Bullar. cum illius extenſione* §.5.

Ius habet, & applicata Fabricæ ſunt ipſo iure infraſcripta.

RElicta quibuſcumque incertis Eccleſijs, & pijs locis, F aut perſonis ſimilitèr incertis, vel abſentibus talitèr, quod propter ipſorum abſentiam meritò notitiā habere non poſſent. Iul.2.Conſtit. 23. §.16. Leo X. in Breui confirmat. per Paul.3. Conſtit.31. §. 9. Clem.7. Conſt.9. §.12.

F

Nota quod ſub hoc priuilegio ſunt applicata fabricæ omnia legata, vel hæreditates factæ, vel relictæ perſonis, vel locis incapacibus, vel per illas repudiatæ, vide infra declar. ann.1579. & 1589.

Item relicta pro redemptione captiuorum etiamſi D. Mariæ de Mercede, vel Sanctæ Eulaliæ Barchinonen̄ relicta forent. Iul.2. Conſtit.23.§.17.Paul.3. Conſt.31§.9.

Item hæreditates, & bona decedentium ab inteſtato Clericorum, & Laicorum etiam Indulto Apoſtolico, aut alias ad redemptionem prædictam applicata Iul.2.Leo 10 & Paul.3. ibidem.

Item legata pecuniarum, & rerum

expendenda in prandijs, conuiuijs, & publicis ſpectaculis in aliquibus celebritatibus ex Voto. Statuto, vel conſuetudine. Iul. 2. Conſt. 23. §. 18. Clem. 7. Conſtitut. 9. §. 19. Paul. 3. Conſt. 31. §. 10.

Item vota relicta pro itineribus, peregrinationibus, ſi inexecuta remaneant Leo X. in Breui confirmato per Paul. 3. Conſtit. 31. §. 18.

Item pęna ducatorum 500. contra Impreſſores librorum abſque licentia; comminata in Concilio Lateranenſe per Leon. X. ſeſſ. 10. in Breui regiſtrato tom. 4. Concil. fol. 145. litt. A.

Item pęna ducatorum 500. comminata contra offendentes, vel impedientes Curſores Papæ, vel alios Nuncios mandatarios Vrbis. Clemen. 7. Conſtit. 24. §. 4.

De Commiſſarijs Reu. Fabricæ:

A

Vigore priuilegiorũ huiuſmodi expediuntur litteræ patentes tàm pro perſonis

COmmiſſarij Fabricæ non poſſunt ab alijs quàm à Collegio deputari Clem. 7. Conſt. 3. §. 8.

Exempti cum ſuis Subſtitutis A à iuriſdictione quorumcumque Legato-

gatorum, & Ordinariorum omnium Leo X. 5. Non.Maij 1514. Paul.3. Conſtit.31. §.17. Idem de ipſis eorumque familiaribus Clem.7. Conſt.3. §.8. Et de ipſis eorumque familiaribus, & Seruitoribus, eorumque bonis Paul. 3. in Bulla incipit Si cunctarum ſub Dat. 6. Idus Auguſti 1535. infra impreſſ. Et ex cauſis tàm ciuilibus, quàm criminalibus. ibidem.

Cauſę Commiſſariorum non poſſunt cognoſci, niſi in Vrbe à Collegio vel coram eorum Iudice Leo X. in dicto Breui anno 1514. incipit Poſtquam ad Apoſtolatus. enuntiato in Bulla Pauli 3. in ordine 31. §.17.

Commiſſarij Reu. Fabricæ non poſſunt compelli ad reſidendum, ſed fructus beneficiorum integrè ac ſi perſonalitèr reſiderent percipere poſſunt (quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis) B Paul. 3 dicta Conſtitut. Si Cunctarum 6. Idus Auguſti 1535.

Commiſſarij Reu. Fabricæ habebant facultatem declarandi Dubia ſuper priuilegijs, & Conſtitutionibus exorta, verum ab immemorabili tempo-

proprijs Cõmiſſariorum, & aliorum Officialium quam pro eorum famulis cum facultate deferendi arma ad inſtar Cameralium, & cũ exemptione à quacumque ſuperioritate, vt pro exemplo habes infra impreſſ.

B

Notandum tamen eſt, quod Sac. Congregatio Fabricæ raro, & per difficilè deputat ad munus Commiſſarij perſonas habentes curam animarum. Imò *aliquando deputauit* I. V. D.

Digitized by Google

Laicum adhibito tamen ad vſum Cenſurarum Clerico (quatenùs opus habuerit) iuxtà Conſt. Paul. 3. Conſtit. 31. §. 15.

Nota quod nec poſſunt cogi ad officia ſeù munera publica Communitatum neque ad ſolutionem onerum Comunitatiuorum tenētur, dumodò impoſitiones huiuſmodi non fuerint inductæ pro ſolutione Cameralium.

tempore, huiuſmodi facultas remanet penes Collegium tantùm ſiuè Sacram Congregationem Vigore Conſtitut. Iul 2. 23. §. 19. Leo X. in Breui incipien. Accepimus 6. Septemb. anno 2. & Paul. 3. in Bull. incipien. Si cunctarum 6. Idus Auguſti 1535. Vbi datur facultas Priuilegia, & facultates declarandi, & interpretandi, ac decidendi, dummodò declarationum huiuſmodi nota retineatur. Leo X. & Paul. 3. ibidem.

Reliqua ad Commiſſarios pertinentia habentur in fol. Inſtructionum infrà impreſſarum.

DECLA-

DECLARATIONES PRIVILEGIORVM REV. FABRICÆ S. PETRI

Factæ ab Illuſtriſsimis Deputatis Anno 1579.

HIERONYMVS Mattheius Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Franciſcus Bandineius de Piccolominibus Archiepiſcopus Senen̄, Bartholomæus Ferratinus Epiſcopus Amerinus Cancellariæ Apoſtolicæ Regens, Ludouicus Blanchettus Sac.Cubiculi Sanctiſs.Pręfectus, & Antonius Lanfredinus Vtriuſque Signaturæ Referendarius Deputati fabrice Baſilice Principis Apoſtolorum de Vrbe totum Collegium repreſentantes &c. Dilecto Melchiorri Reuigliono Taurinen̄ Commiſſario, & Secretario

Reu.

Digitized by Google

Reu. Fabricæ in Regno Neapolitano, ac alijs dictæ Fabricæ Commiſsarijs præſentibus, & futuris ſalutem.

§. I.

ACcepimus vos in proſecutione Cauſarum Fabricæ, ac Legatorum piorum exactione multas reperijſse difficultates, multaque vobis circa nonnullas facultates noſtras obijci dubia, quæ non modicam, & Cauſarum expeditioni, & iuriſdictioni afferunt perturbationem. Nos igitur, vt par eſt, in præmſſis opportunè prouidere volentes ex auctoritate, & facultate nobis declarandi, interpretandi ac decidēdi facultate ad tollendas omnes ambiguitates, & exceptiones, quæ circa priuilegia Fabricæ, & facultates noſtras oriri poſsunt, & fieri contingunt per præſentes, vt infrà declaramus.

§. II.

ET quoniam aliàs fuit præcipuè dubitatum, vtrum Bulla fel. record. Pij V. quæ incipit, exigit ſub Datum Romæ anno Incarnationis

Digitized by Google

tionis 1569. 11. Kal. Ian. Pontificatus ſui anno 4. eſset intelligenda indiſtinctè de omnibus legatis pijs, vel potiùs de tribus ſpeciebus tantúm, nempè de legato facto pro celebratione Miſſarum, pro celebtatione Diuinorum Officiorum, & pro erogatione eleemoſinarũ. Ex generalitate verborum Bullæ reſoluendum duximus indiſtinctè intelligi debere, ac per eam comprehendi quodcumque legatum pium locis pijs in quibuſuis diſpoſitionibus pijs expreſſis, ac nominatis, tàm cum onere celebrationis Miſſarum, ac recitationis Diuinorum Officiorum quàm abſque alio onere, & ex quacumque cauſa pia factum. De legatis igitur; ſeù fideicommiſſis pijs locis certis, ac in Teſtamento ſeù quacumque alia pia diſpoſitione, & donatione inter viuos expreſſis, & ex quauis cauſa factis, tàm cum onere, quàm abſque alio onere quomodolibet de quibuſcumque Eccleſijs, Hoſpitalibus pijs locis nullo penitùs excepto; niſi ſpecialitèr à Summn Pontifice, ac à Sede Apoſtolica, &

Bulla San. mem. Pij V. habet locum in omnibus diſpoſitionibus pijs.

C tunc

Applicationes legatorũ ad fauorem fabricæ, pro qua rata, & intra quod tempus facienda ſint.

tunc iuxtá formam ſuorum priuilegiorum exempta exiſtant factis. Commiſſarij fabricæ poſt annum à morte Teſtatoris, ſi aliud tempus ab ipſo Teſtatore limitatum non reperiatur vſq; ad triennium completum, quintam partẽ iuxtà diſpoſitionem litterarum in forma Breuis fel. record. Leonis X. ſub Dat. Romæ die 16. Decembris 1514. anno eius Pontificatus ſecundo, & poſt triennium medietatem in vim Bullæ Pij V. ſupra proximè relatæ, ſi, & poſtquam alias quatuor quintas partes, ſeù alteram medietatem locis pijs, quibus legatum fuit ſolui, aut aſſignari fecerint, pro fabrica exigant, & recuperent.

§. III.

HOc autem non intelligitur niſi de legatis pro vna vice tantũ factis, quod ſi legatum pium perpetuum erit, & occaſione legati pio loco facti, certum quod faciendum, vel ſoluendum ſit, ſic ſtandum duximus, vt ſi quod annuatìm abſque onere ſoluendum erat, inſolutum ac inexactum reperia-

periatur quinta pars; ſeù medietas vt ſupra de legatis certis pro vna vice tantùm factis, dictum eſt; ſi verò cum quouis onere annua ſolutio fieri debeat; nempè pro celebratione Miſſarum. Diuinorum Officiorum, maritagio puellarum incertarum, diſtributione pauperum in genere, & alia huiuſmodi, totum quod decurſum eſt, & non ſolutum, vel non diſtributum pro fabrica exigatur, & de cętero Teſtatoris voluntas obſeruetur non diminuta in aliquo ſorte principali ipſius legati, & hoc vt legatorum perpetuorum vitetur extinctio.

§. IV.

LEgata incerta pauperibus in genere*, ſeù pro maritandis puellis, vt ſupra facta, etiamſi perpetua ſint, vtpotè ſi certum predium, vel certa ſumma in bonis ſtabilibus, ſeù aliàs inueſtien. relinquantur, itaut omnes inde prouenientes fructus in eleemoſinis pauperum (vt præfertur) incertorum, ſeú pro maritandis puellis erogentur, nec alicui certe perſonę, vel

* *Vide Bullam Alex. VII. ſuper moderatione huius facultatis quoad pauperes tãtum, vbi confirmantur priuilegia facta ſuper legatis incertis.*

loco ius aliquod ex diſpoſitione Teſtatoris in proprietate acquiratur; in totum vigore Bullæ fel. record. Pauli Tertij ſub Datum Romæ anno Incarnationis 1536. 6. Idus Auguſti anno ſui Pontificatus primo, aliorumq; eius Prædeceſſorum pro fabrica exigantur.

§. V.

LEgata verò incerta intelligimus, quando non ſunt expreſſa propria nomina perſonarnm, vel locorum, etſi ad arbitrium executorum*, vel aliorum ſint relicta: nam ſic intellexiſſe Summos Pontifices indicant Litterarum Apoſtolicarum verba illa, *proprijs nominibus perſonarum non expreſſis*.

* *Ideſt piorum*.

§. VI.

AD hæc etiam incerta, ac vigore facultatum. Fabricæ applicata cenſemus legata pia facta perſonæ, ſeù loco pio incerto, vel incapaci, ac omnia ea, quæ à locis, ſeù perſonis, quibus legatum eſt poſtquam legitimè apparuerit ea repudiata, vel propter onus iniun-

iniunctum, vel alia quauis cauſa, vel citati fuerint ad declarandum, an legatum ſibi factum acceptare velint, expreſsè repudiata ſunt, aut per eorum contumacirm per Iudicis decretum* dictis locis, aut perſonis intimatum, Fabrice applicata; nam ex cuius diſpoſitione legata pia certis locis, aut perſonis facta (quæ ex ſpeciali priuilegio caduca nunquam fiunt) ſi non acceptentur ex poſt facto incerta redduntur.

* *Applicata per decretum in contumaciam ſpectant ad fabricam tanquam incerta.*

§. VII.

SI legatum incertum pro maritandis puellis ſit mediante nominatione, earumque nubilium tantùm,& non alitèr certificatum, ac applicatum puellequæ dotandæ, ante litem motam per Commiſſarium Fabricæ legitimè cautum, & ſi non ſolutum ſit, nullo modo pro Fabrica exigatur, quia quantum ad hæredes legatum habuit effectum ſuum, etiam quod nuptiæ, quarum cauſa legatum fieri contigit, differantur, non debet præiudicio eſſe puelle dotandæ: Si verò nominatio facta non

Legatum datis debetur Fabricæ, ſi nominatio facta non fuit ante motam litem. Vel Puellæ ante nuptias obierint.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

non ſit; ſiuè puella nominata moriatur, legatum pro fabrica exigatur.

§. VIII.

IN omnibus legatis pijs illud obſeruetur, vt ante annum, ſeù alium terminum à Teſtatore limitatum, minuſque ante conditionis implementum nõ exigantur;* omiſſo in hoc Fabricæ priuilegio, quod etiam ante annum, & ante tempus à Teſtatore limitatum, & ante conditionis implementum exigi poteſt.

** Legata pia ante conditionis implementũ non exiguntur, ſed cum voluntariè ſupplicantibus componuntur.*

§. IX.

LEgata etiam incerta maximè pro exoneratione conſcientiæ relicta*, ità ſunt Fabricæ applicata, vt etiam exacta ab Ordinarijs, ſibique applicata vindicari poſſint: Idcircò ipſis Ordinarijs omninò inhibeatur, ne de cetero in ipſis legatis ſe intromittant, ſed eadem pro Fabrica in totum exigantur.

** Legata pro exoneratione conſcientiæ ſpectant ad Fabricam.*

Volu-

Digitized by Google

§. X.

VOlumus autem ad euitandam confuſionem præmiſſorum omnium declarationem ſibi vindicare in cauſis de cętero finiendis ac in ſententis in futurum tantùm proferendis, determinatis autem, ac deciſis huc vſque etiam in prima inſtantia firmis, & ratis manentibus, in quorum omnium, & ſingulorum fidem has per nos, & Secretarium noſtrum infraſcriptum ſubſciptas fieri, ſigillique noſtri iuſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Romæ in Collegio noſtro anno à Natiuitate Domini 1579. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N. D. Gregorij Diuina prouidentia Papæ XIII. anno eius VIII.

Claudius Rouier Secr.

Aliæ

Digitized by Google

Aliæ Declarationes anni 1589.

§. I.

HOratius Burgheſius Vtriuſque Iuris Doctor Prothonotarius Apoſtolicus, & Sanctiſſimi D. N. Papæ, & Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Fabius Blondus Patriarcha Hieroſolymitanus, Bartholomæus Ferratinus Epiſcopus Amerinus Cancellariæ Apoſtolicæ Regens, & Alexander Iuſtus Vtriuſq; Signaturæ eiuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Referendarius Deputati Collegij Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe totũ dictum Collegium repreſentantes, ad quorum notitiam deuenit quamplures hæſitari, & dubitari à Miniſtris, Iudicibus, & Commiſſarijs Reu. Fabricæ Sancti Petri, quænam Legata relicta incapacibus, & Legatarijs, & hæredibus nolentibus legata, & hæreditates acceptare, ſpectent, & pertineant ad Reuerendam Fabricam Sancti Petri. Propterea vigore Priuilegiorum dictæ Reuerendæ Fabricæ, ac Collegio conceſſo-

ceſsornm, in quibus diſpoſitum reperitur, occurrentium interpretationem dubiorum dictorum priuilegiorum ad nos, & propterea Collegij Præfectos ſpectare, & pertinere, harum ſerie quibuſcumque ſignificamus, & declaramus.

§. II.

Relicta, & legata Incapacibus facta ipſo iure ſpectant ad Reuerendam Fabricam.

Omnia legata, & hæreditates donationes,& alias quaſcumque diſpoſitiones ad & in fauorẽ Fratrum Cappuccinorum, ac minorum maioris obſeruantiæ, & quorumcumque aliorum Regularium,ſiuè Clericoru m Secularium quibus ab Inſtituto Regulæ habere, & poſſidere bona, etiam in communi prohibitum eſt. Omnia legata hæreditates, & donationes, nedum in vim Inſtitutionis, ſed etiam ſubſtitutionis, & fideicommiſſi eiſdem facta, & factas ad dictam Reu. Fabricam ſpectare, & pertinere, ac ſpectauiſſe, & pertinuiſſe, ſicque Priuilegia, & facultates vltra eorum litteralem ſenſum, conſuetudine interpretati-

Vide tamen decreta anni 1633. quoad minores maioris obſeruantiæ infrà impreſſa, in quibus moderata fuit huiuſmodi facultas.

ua ità declarata, ac pronunciata fuiſſe, prout etiam nos ex nunc prout ex tunc declaramus, & pronunciamus.

§. III.

Repudiata ſpectant ad Reuerendam Fabricã tanquam incerta.

** Et hoc procedit tàm in legatis, quàm in hæreditatibus pijs non aditis.*

QVod idem facimus occaſione, & cauſa quorumcumque Legatorum, & hæreditatum, piorum tamen, quibuſuis perſonis, ac locis relictorum, & in caſum recuſationis, & non aditionis legatorum, * & hæreditatum reſpectiuè, quæ ex cauſa recuſationis, & denegatæ aditionis fiunt incerta, & ex priuilegio piæ cauſæ omninò in alium vſum ſunt conuertenda: Propterea illa tàm vigore Priuilegiorum dictæ Reu. Fabricæ conceſſorum, quàm etiam in vim conſuetudinis interpraetatiuæ ea, & eas occurrentibus caſibus Reuerendæ Fabricæ applicauimus, & incorporauimus.

§. IV.

ET quoniam ſępè cõtingit quãplura legata à pijs Teſtatoribus fieri

Digitized by Google

ſieri ad effectú celebrationis Miſſarum, recitationis diuinorum Officiorum, & erogationis eleemoſinarum, quæ cum mora, & negligentia, ac auaritia hæredum, vel Legatarij executa non fuerunt. Propterea Pius V. San.me. elapſo triennio à die obitus Teſtatoris eorumdem legatorum, dimidiam Reuerendæ Fabricæ, reliquam pio loco, cui legatum factum eſt, applicauit, & incorporauit, vt in eius Motu proprio ſub Datum Romæ vndecimo Kal. Ianuarij 1569. ſui Pontific. anno quarto; Illincque obſeruatum fuit, quod data moroſitate hæredis, & Legatarij non petentis, adhuc nõ elapſo triennnio, quinta pars vna cum omnibns annatis, ac fructibus, & expenſis decurſis, quæ ex quauis cauſa exequutionis legati pij fieri debuiſſent, ratione Priuilegiornm antiquorum dictæ Fabricæ conceſſorum; elapſo autem triennio vigore d. Motus proprij, nedum quinta, ſed medietas hæreditatis, & legati vna cum dictis annatis, fructibus, & expenſis ratione præteriti temporis, & legati non exe-

Quinta pars poſt annum à die obitus Teſtatorum debetur Fabricæ elapſo verò triennio medietas applicatur.

D 2 cuti

cuti decurſis applicata, & incorporata fuit. Propterea ne de prædictis vllo vnquam tempore dubitari contingat, & vt iuſtitia indifferentèr omnibus cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtant, miniſtretur, iuſſimus, & mandauimus hanc noſtram declarationem per Notarium noſtrum in membranis redigi, ſolitoque ſigillo ſubſignari. Datum Romæ die 18. menſis Martij 1589.

Claudius Rouier Secr.

Alix

Digitized by Google

Aliæ Declarationes anni 1598.

NOs Marcellus Lantes Prothonotarius Apoſtolicus, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Tiberius Ceraſius eiuſdem Sanctiſſimi D. Noſtri Theſaurarius Generalis, Bartholomeus Ferratinus Epiſcopus Amerinus Apoſtolicæ Cancellariæ Regens, & Signaturæ Iuſtitiæ Præfectus, Siluius Antonianus Cubiculi eiuſdem Sanctiſſimi ab intimis Præfectus Deputati Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe; Inhærentes facultatibus nobis, & pro tempore Præfectis dictæ Fabricæ conceſſis ſuper interpretatione dubiorum occurrentium circa Priuilegia dictæ Fabricæ ad tollendas difficultates, quæ ſepe in controuerſijs Iudiciorum coram eius Commiſſarisjs, & Iudicibus oriuntur, ac pro faciliori litium expeditione tenore præſentium infraſcripta declaranda, & interpretanda duximus, videlicet.

Quo-

§. I.

Hæc eadem habes impreſſa penes Quarant. in ſumma Bullarij in verbo Fabrica S. Petri fol. 247.

QVoniam iuxta Priuilegia eidem Reuerendæ Fabricæ conceſſa de legatis, hæreditatibus, & pijs diſpoſitionibus certis ad fauorem piorum locorem Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum pro vna vice, & ſine onere, aut cum eo relictis, & factis, que intra annum ab hæredibus, ſeù aliàs grauatis realitèr adimpleta non fuerunt vſq;ad triennium computandum à die mortis, quinta pars tantùm ad ipſam Fabricam ſpectat; Lapſo verò triennio, ſi adhuc adimpleta non ſunt, eidem Fabricæ medietas debetur. Declaramus huiuſmodi medietatem paritèr à die mortis dictorum Teſtatorum, & diſponentium ipſi Fabrice debitam eſse; ſeruandamque fore in his Bullam fœl. recor. Pij V. ſub Dat. vndecimo Kal. Ianuerij 1569 quam generalitèr de omnibus pijs relictis intelligendam eſse ſignificamus, & interpretamur, & prædicta etiam locum h-bere in ſimilibus, quæ intra ſtatutum à Teſtato-

ſtatore, & diſponente tempus * ſatisfacta non ſunt, vt eo elapſo triennium intelligatur cucurriſse à die mortis.

* *Vis priuilegiorum Fabricæ conſiſtit in tempore, & tempus currit à die obitus Teſtatorum, & dilatio Teſtatoris cõcurrit cum dilatione legis.*

§. II.

ANnua verò pia relicta, & diſpoſita pijs locis, Eccleſijs, & Eccleſiaſticis * perſonis certis, & nominatis cum onere celebrationis Miſsarum, Diuinorum Officiorum, erogationis eleemoſinarum, aut ſimilium in perpetuum, aut ad certum tempus, ſeù ſtatutis quibuſdam diebus in anno, & hebdomada, pro quorum adimplemento bona, ſeù etiam redditus perpetui, aut ad tempus relinquuntur, & hæredum ſeù aliorum quoad id quomodolibet obligati erunt, aut tenebuntur auaritia pro præterito adimpleta cum effectu non ſunt, tunc redditus, & relictà huiuſmodi eo vſque decurſa, & realitèr non ſoluta Fabricæ debeantur. In futurum verò decurrenda ipſis legatarijs cum onere iniuncto applicentur, vt hactenus obſeruatum eſt.

* *Legata facta Eccleſiaſticis perſonis ſunt pia, & cadunt ſub Priuilegijs Fabricæ.*

Quando

§. III.

QVando verò bona, ſeù annui redditus, & introitus à Monaſterijs, Capitulis, Cappellanis, ſeù Legatarijs percepti, & exacti ſunt, & percipiuntur, & exiguntur pro dicta celebratione, & Diuinorum Officiorum in perpetuum, aut ad tempus, vt ſuprà, & Miſſe huiuſmodi, ac Diuina Officia in totum, vel in parte ab ipſis Legatarijs celebratę non fuerunt, vel celebrari deſierunt, aut etiam minimè celebrantur propter ipſorum Legatariorum negligentiam, ſeù impotentiam, nempè quod maior ſit numerus Miſſarum ac Diuinorum Officiorum, ſic per negligentiam, ſeù impotentiam omiſſarum ad Fabricam ipſam deuoluta eſſe declaramus. Dantes facultatem Miniſtris à nobis deputaris, ſeù ab eis ad hæc ſpecialitèr ſubſtitutis, vt cum Legatarijs, aut alijs obligatis ad quos ſpectat, ſi ei meliùs expedire videbitur pro præterito tantùm deſuper cōponere valeant. *

* *Nota quod vigere huius declarationis ſemper conſueuit Fabrica componere ſuper Miſſis non celebratis tàm à Sacerdotibus ſecularibus, quàm regularibus.*

Si

§. IV.

SI autem ipſi Legatarij, quibus à principio redditus, & bona huiuſmodi relicta ſunt ex Inſtituto, & obſeruantia Regulæ talium relictorum incapaces erant, aut à principio quidem capaces exiſtebant, ſed propter Regulæ mutationem incapaces effecti ſunt, inhærendo dictæ Fabriræ priuilegijs, & declarationibus aliàs factis præſertim ſub die 18. Martij anni 1589. declaramus huiuſmodi, quæ à principio perſonis incapacibus facta ſunt, ſiuè ex poſt facto incapaces ſunt redditi, non ad hæredes grauatos, ſeù alios obligatos ſpectare, ſeù vti caduca ab eis vindicari poſse, ſed ad Fabricam ipſam nedum in vim inſtitutionis, ſed etiam ſubſtitutionis, & fideicommiſſi * tanquam incerta effecta ſpectauiſse, & ſpectare, & ſub priuilegijs ipſius Fabricæ compræhendi, prout etiam quæ fortè ex quacumque cauſa à Legatarijs ipſis incapacibus recuſata, & non acceptata fuerunt, ac recuſantur, & non acceptantur.

* *Legata incapacibus facta ſpectant ad Fabricam, ac ſi ad illa per fideicommiſſum eſſet ſubſtituta, nec vnquam accreſcunt hæredibus,*

E Simi-

§. V.

SImilitèr annua pia legata pro pauperibus puellis nuptui tradendis, quæ amore Dei, ſeù alias ratione animæ non affectu ſanguinis, aut remunerationis ſeruitiorum facta erunt, ſi per aliquot annos ab hæredibus, aut alijs grauatis neglecta fuerint, nec effectualitèr perſoluta, ſeù depoſitata, etſi fortè per dictos hæredes, aut grauatos huiuſmodi puellæ electio * facta foret pro annis, & temporibus decurſis ad Fabricam ipſam pertinere declaramus. Decurrenda verò in futurum pro pauperibus huiuſmodi puellis maritandis etiam antea electis, vt præfertur integra concedantur, niſi in totum incerta eſsent, itaut ad Fabricam iuxtà Priuilegia omninò ſpectarent; * Prout & eidem Fabricæ competunt omnia alia pia legata incerta, & maximè pro male ablatis relicta; itaut etiam ab Ordinarijs locorum, ſi fortè ad eos peruenerint vindicari valeant iuxtà priuilegia prædicta.

* *Nota quod quando fuit facta electio puellæ dotandæ, ante motam litem per Fabricam, etiam ſi nuptiæ adhuc ſequtæ non fuerint Fabrica non exigit legatum huiuſmodi, quia eſt ius quæſitum ante motam litem eidem Puellæ.*

* *Nota quod de ſtilo Sac. Congregationis huiuſmodi rigor incertitudinis omiſſus fuit. Immò Fabrica curat executionem legatorum huiuſmodi dotium etiã incertis puellis factorum.*

§. VI.

INſuper, quia, vt accepimus, ſæpè huiuſmodi legata, & piæ diſpoſitiones pro cõſtructione Monaſteriorum Hoſpitalium, Cappellarum, aut pro ſubſtentatione Eccleſiaſticarum perſonarum, Sęcularium, ſeù Regularium tàm Virorum, quàm Muliernm, & ſimilium, nec intrà vel poſt triennium hæredes ea adimplere curant, ex quibus ſi quinta aut medietas reſpectiuè pro Fabrica detrahatur. opera ipſa, aut in totum negliguntur, aut ſine debita perfectione inchoata remanent, nec defunctorum voluntas, vt par eſt, obſeruetur; quout huic incommodo, quantum fieri poteſt, occurramus, & hæredibus, ac alijs obligatis omnis fraudis occaſio auferatur, dum huiuſmodi legatorum ſolutionem, & executionem procraſtinari ſolent, vt interim dictorum piorum relictorum fructus percipiant, ad quorum reſtitutionem nõ teneri prætendunt, & per capitalis ſolutionem ſatisfeciſse Teſtatorum voluntati contendunt.

Grauati ad ſoluenda legata pro conſtructione Eccleſiarum tenentur ad fructus, qui percipi potuerunt, & eſt priuilegium piæ cauſæ. Vide Marant. reſp. 14. num. 68. to. 1.

tendunt. Idcircò declaramus dictos hæredes, ſeù alios grauatos teneri,& obligatos exiſtere ad fructus huiuſmodi legatorum perſoluendos à die mortis, quos realitèr ex re legata, ſeù aliàs relicta perceperunt, aut percipere potuerunt, ſi res huiuſmodi ſui natura, aut aliás fructifera ſit, ita tamen, vt impoſterum Fabricæ non quinta, aut medietas relicti, ſed fructus ipſi talis relicti perſoluantur. Legatum verò ipſum integrum pro perfectione dicti pij relicti conſignetur, & reſeruetur.

§. VII.

PRætereà quia ſępè contingit pia huiuſmodi legata, & diſpoſitiones pro conſtructione Monaſteriorum, Hoſpitalium, ſeù Eccleſiarum, ac ſimilium relictorum debitæ executioni demandari non poſſe, propter aliquod facti, vel iuris impedimentum; quia nempè pecunia relicta ad conſtructionem Monaſteriorum non ſufficit, aut in loco à Teſtatore deſignato, ædificari non poteſt, ſeù etiam

licentia

licentia ab Epiſcopo, ſeú alio Superiore obtineri nequit: Cum æquum non ſit vt pium opus huiuſmodi propterea deſeratur, ſed potiùs in aliud de iure commutañ veniat. Declaramus vt grauatis certus competens terminus * præfigatur arbitrio Iudicum pro impedimentis huiuſmodi realitèr, & cum effectu remouendis, aut pro obtineñ á Sede Apoſtolica commutatione talis relicti pij, & diſpoſitionis, quod ſi terminus elapſus, & impedimenta remota non fuerint, aut commutatiò obtenta non ſit, tunc legatum ipſum integralitèr à Fabrica exigatur, perinde ac ſi ad Fabricæ vtilitatem deuolutio facta fuiſſet.

** Nota quod quando legata pro conſtructione Monaſteriorum, vel ſimilium non poſſunt exequi ad formam præciſam à Teſtatoribus ordinatam præfigitur terminus ad impetrandam commutationem à Papa antequam procedatur ad applicationem.*

§. VIII.

CVm verò interdum eò vſque habendi cupiditas excreſcat, & non vereantur multi hæredes, & Legatarij ſcripturas falſas fabricare, priores datas confingere, aut aliàs Fabricam ipſam defraudare. Declaramus contra huiuſmodi falſarios, complices, aut quouis

Contra falſarios, & fraudantes fabricam iuris,

& facti remedijs procedi poteſt.

quouis modo culpabiles omnibus iuris, & facti remedijs procedi debere etiam declarando eos in cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas inci-diſſe, mulctas, & pœnas ad Fabricæ vtilitatem cõuertendas fore iuxtà eiuſdem Fabricæ Priuilegia.

§. X.

Hæredes non conficientes Inuentarium tenentur de proprio ad ſolutionem legatorum piorum.

TAndem teneri hæredes, qui intra ſtatuta à iure tempora bonorum hæreditariorum legitima inuentaria non confecerunt ad integram ſolutionem faciendam legatorum,& piorum; relictorum, quoties iuxtà Fabricæ Priuilegia in foro iudiciali conuenti fuerint, neque ſub prætextu, quod hæreditas ſoluendo non ſit excuſari poſſe, quominus etiam vltrà vires hæreditarias teneantur. Cum enim ſine Inuentarij confectione hæreditates adeundo, aut in eis ſe ipſos immiſcendo, cum legatarijs quaſi contraxiſſe videantur, non debent beneficio legis perfrui quam contemnendam eſſe cenſuerunt, niſi à Sanctiſſimo Domino Noſtro reſtitutionem in inte-

gium

grum aduerſus lapſum temporis ad Inuentarij confectionem conceſſi forſan obtinuerint.

§. XI.

NE autem de prædictis vllo vnquam tempore dubitari contingat, & vt iuſtitia indifferentèr omnibus cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtant miniſtretur iuſſimus,& mandauimus hanc noſtram declarationem per Secretarium noſtrum in membranis redigi, ſolitoque ſigillo ſubſignari. Datum Romæ die 26. menſis Martij 1598. Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Papæ VIII. anno eius ſeptimo.

Claudius Rouier Secr.

DE-

Digitized by Google

DECRETVM SAC. CONGREGATIONIS REV. FABRICÆ S. PETRI

Quod non obſtante prohibitione Teſtatorum poſsit Fabrica pias diſpoſitiones exequi facere. Die 18. Martij 1626.

Quod Fabrica exequi poſſit non obſtante prohibitione Teſtatorum.

Nota quod eſt fundatum in iure etiam ſi Teſtator legata non amplius pia declararet. Rub. de teſtam. cap. 90. num. 320 & ſeq.

REVERENDISS. D. Theſaurarius nomine Sanctiſſimi retulit mentem Sanctitatis ſuæ eſſe quod facultates fabricæ non reuocentur in dubium quin poſsit iuxtà ſuas facultates procedere, & exequi facere legata pia, non obſtante quacumque prohibitione Teſtatorum, & aliorũ quin in eis poſſit ſe intromittere, illaque exequi facere, & ità ſeruari, prout Domini ita ſeruari mandarunt.

DECRE-

DECRETVM
SAC. CONGREGATIONIS
REV. FABRICÆ
S. PETRI

Super Legatis relictis pro exoneratione conſcientiæ. Die Lunæ 21. Iunij 1627.

Super Legatis pro exoneratione conſcientiæ, quod intelligantur ac ſi facta eſſent pro malè ablatis.

NE Vllo vnquam tempore dubitari contingat an relicta pro exoneratione conſcientiæ ſpectent ad Fabricam, in illiuſque Priuilegijs, & facultatibus compræhendantur. Ideò Illuſtriſſimi Domini ad tollendum omne dubium, & iuſtis de cauſis moti vigore facultatis huic Sacræ Congregationi Apoſtolica auctoritate attributæ declarandi facultates eidem Reu. Fabrice conceſſas, & aliàs omni &c.

Declararunt dicta Legata relicta, &

relinquenda pro exoneratione cõſcientiæ ad ipſam Fabricam pertinere, & comprahendi ſub illius facultatibus ad inſtar Legatorum pro malè ablatis, & ità ſeruari mandarunt.

Digitized by Google

DECRETA
DIVERSA

Super pertinentia Legatorum pro malè ablatis in fauorem Reu. Fabricæ Sanċti Petri.

Ex declarationibus ab Illuſtriſsimis Deputatis Reuerendæ Fabricæ factis de Anno 1579.

LEGATA Incerta maximè pro exoneratione conſcientiæ ità ſunt Fabricæ applicata, vt etiã exacta ab Ordinarijs ſibi applicata vindicari poſſint. Idcircò ipſis Ordinarijs omninò inhibeatur, ne de cętero in ipſis Legatis ſe intromittant, ſed eadem pro Fabrica in totum exigantur.

Super Legatis pro malè ablatis etiamſi relicta ſint pro exoneratione conſcientiæ, vt ab Ordinarijs ſi fortè exacta fuiſſent vindicari poſſint.

Digitized by Google

VOTVM

BON. MEM.

Eminentiſs. Dñi Cardinalis

CAVALERII

Tunc Sacræ Rotæ Auditoris, & Sacræ Congregationis Fabricæ Prælati in Cauſa Neapolitana Legatorum pro malè ablatis:

ILL.mi e REV.mi SIG.ri

HO' Veduto l'Editto da publicarſi in Napoli ſopra li Legati pro malè ablatis, e vedute tutte le ſcritture, e lettere ſcritte in queſto negotio con le riſposte ancora del Sig. Cardinale Caraffa, & anco le Bolle della Fabrica, e dichiarationi dell' anni del 79. e del 98. e riferiſco trouarſi nella Bolla di Clemente Settimo dell'anno 1525. le ſeguenti parole: *nec non ſuper malè ablatis innertis, vel per vſurariam praui-*

Conſtit. 9. Bullar. nou. Clem. 7.

prauitatem quæſitis, etiam certis, quæ fæneratur ab alio Fæneratore extorſiſſet, & quæ ipſe requiſitus vſuràs reſtituere paratus non eſſet, vel alicui priuatæ Eccleſiæ deberentur &c. e più à baſſo nella medeſima Bolla -- *ac quæcumque legata, & aliàs quomodolibet hæreditatis titulo pro malè ablatorum reſtitutione relicta hactenùs, & quæ relinqui, & largiri contigerit in futurum &c.* e nelle dichiarationi del 1579. *Legata incerta maximè pro exonceratione conſcientiæ relicta ita ſunt Fabricæ applicata, vt etiam exacta ab Ordinarijs, ſibique applicata vindicari poſſint; Idcircò ipſis Ordinariis omninò inhibeatur, ne de cætero in ipſis legatis ſe intromittant, ſed eadem pro Fabrica in totum exigantur &c.* & in quella del 1598. *Preut etiam eidem Fabricæ competunt omnia alia pia legata incerta, & maximè pro malè ablatis relicta; itaut etiam ab Ordinarijs Locorum ſi fortè ad eos peruenerint vindicari valeãt iuxtà priuilegia prædicta &c.* E ſe bene il Sig. Cardinale Caraffa Arciueſcouo di Napoli diede Memoriale in Congregazione alli 6.

di

di Decembre 1619. propoſto dal-
l'altro Economo, nel quale do-
mandaua, che ſi laſciaſſero riſcuo-
tere alla ſua Chieſa li Legati laſcia-
ti à lei pro malè ablatis, e la Con-
gregatione reſcriſſe à tergo del
Memoriale, che il Reuiglione
non moleſtaſſe più quelli del Cep-
po. e ſe hà altro in contrario auui-
ſaſſe la qual condizione del Secre-
tario nel ſcriuere la lettera fù ta-
ciuta, mà detto ſolamente, che
non moleſtaſſe, come hò veduto
nella lettera originale, e con que-
ſto equiuoco l'Arciueſcouo hà ri-
ſcoſſo. Con tutto ciò alli 30. di
Marzo 1622. l'Economo preſen-
te parlò di queſto negozio, e lette
le ſudette Bolle, e dichiarazioni,
fù dalle Signorie Voſtre Illuſtriſ-
ſime ordinato ſi ſcriueſſe al Signor
Cardinale Caraffa, che non ſi va-
leſſe di detta auttorità, & al Reui-
glione, che non glie la permetteſ-
ſe, e caſo che non ſi foſſe acquie-
tato gli fuſſero moſtrate le facoltà
e poſſeſſo del Tribunale, e ſe bene
il Sig. Cardinale riſpoſe, e ſe li re-
plicò, e parue ſi acquietaſſe; Con
tutto ciò l'Economi della Chieſa

di

di Napoli non ceſſano di fare aſ-
figere Editti, acciò ſe gli paghino detti legati; Alche è parſo à quelli Signori del Tribunale in Napoli prouedere con la publicazione dell'Editto che hò veduto, e pare ſecondo il mio giudizio, che ſia ben fatto. Il che riferiſco alle Signorie Voſtre Illuſtriſſime con quella riuerenza, che deuo rimettendomi ſempre à lor migliore, e più prudente parere.

Humiliſs. e deuotiſ. Ser.

Giacomo del Caualiere.

Ex Congregatione Generali Reu. Fabricæ. Die 28. Martij 1623.

HAuendo Monſig. del Caualiere fatto relatione, che l'Editto che ſi deue publicare in Napoli ſopra li Legati pro malè ablatis, e conforme alle facoltà della Fabrica: Però ſi è ordinato, che ſi ſi mandi al Reuiglione, acciò lo faccia ſtampare, e publicare, doue biſognerà.

Ex

Digitized by Google

Ex Congregatione Generali Reu. Fabricæ 10. Septembris 1625.

NEapolitana in Cauſa legatorum pro malè ablatis. Domini approbarunt, & confirmarunt Edictum aliàs de Voto Reuerendiſſimi Domini Caualerij, & approbatione, ac iuſſu Sacræ Congregationis emanatum, & in Ciuitate Neapolitana impreſſum, & publicatum ſub die 11. Februarij 1623. illudque denuò quatenùs opus ſit imprimi publicari, & exequi mandarunt, non tamen quoad legata, quæ vel certis Eccleſijs, vel nominatis perſonis pro reſtitutione iniuſtè ablatorum ijſdem Eccleſijs, vel perſonis à Teſtatoribus, qui anteà illorum bona adminiſtrauerint,*vel illos aliàs conſtet eſse debitores non pro malè ablatis in genere relinqui contigerit.

* *Notandum eſt quod nunquam comprahendantur adminiſtratores, quia eſt reſtitutio debiti certi.*

Capi-

Digitized by Google

7. Septembris 1651.

CApitulo Metropolitanæ Cuſentiſi, prætendente non teneri ad ſolutionem, ſeù reſtitutionem Legatorum pro malè ablatis relictorum contra Fabricam. Eminentiſſimi Domini Capitulo deſuper impoſuerunt perpetuum ſilentium, & mandarunt per Fabricam liberè exigi, & repeti reſpectiuè iuxtà ſolitas ſuas facultates.

Digitized by Google

INQVISITORES
ET CÆTERI OFFICIALES
SANCTI OFFITII

Prout etiam Miniſtri Camerales poſsunt conueniri in Tribunali Reuerendæ Fabricæ in cauſis concernentibus intereſse eiuſdem Fabricæ.

DECRETVM
SAC. CONGREGATIONIS
Supremæ Inquiſitionis
S. OFFITII

Emanatum in Congregatione habita coram Sa. Me. Vrbano VIII. Die 18. Auguſti 1639. in vna Meleuitana.

RELATA Controuerſia orta inter Inquiſitorem Meleuitanum, & Paulum Teſtaferratam Fiſcalem Sanctí Offitij in Inſula Meleuitana ex vna, & Commiſsarium Fabricæ Sancti Petri in eadem Inſula partibus ex altera de, & ſuper

Vide Marant. reſponſ. 20. num. 78. par. 1. vbi etiam datur exemplum de Subcollectoribus ſpoliorum in Regno Neapolitano, qui fuerunt conuenti in Tribunali Fabricæ Neapolis, &

Digitized by Google

& ſuper cognitione cauſarum familiarum Sancti Offitij ad prædictam Fabricam ſpectantium. Sanctiſſimus auditis votis decreuit dictum Fiſcalem, Officiales, Miniſtros, & familiares Sancti Offitij non gaudere priuilegijs fori in cauſis concernentibus intereſse Fabricæ Sancti Petri, ſed eos obligatos eſse reſpondere coram eodem Commiſsario Fabriæ, à quo ſi ſe ſenſerint grauati, recurrant ad Inquiſitorem vti delegatum Apoſtolicum.

idem confirmauit d. Maranta in reſponſ.68.par.3. num.11. & per tot.

Et die 23. *Aug.* 1674. *coram Sanctiſsimo in cauſa Neapolitana. fuit confirmatum.*

Digitized by Google

DECRETVM SAC. CONGREGATIONIS REV. FABRICÆ S. PETRI

Quod Oeconomus generalis debeat citari in Cauſis in Curia pendentibus ad ſententiam tantùm.

Die 5. Octobris 1589.

OEconomo Fabricæ decerni ne in futurum feratur aliqua ſententia contra Fabricam, niſi citato Oeconomo ſub pęna nullitatis,

Decret. Ad ſententiam tantùm.

DE-

Digitized by Google

DECRETVM

Quod participationes, & emolumenta Procuratorum Fabricæ reducantur ad quintam portionem.

Die 15. Martij 1584.

OEconomo Fabricæ. Reduci portiones omnium Procuratorum eiuſdem Reuerendæ Fabricæ ad rationem viginti pro centenario.

Decret. Reducantur portiones omnium Procuratorum ad rationem viginti pro centenario.

Digitized by Google

DECRETVM

Quod Legatarij non poſsint concedere dilationes Debitoribus legatorum in præiudicium Reuerendę Fabricæ.

EX libro Decretorum Sac. Congregationis Generalis Reuerendæ Fabricæ habita ſub die 14. Ianuarij 1630.

Fabrica. Contra Debitores legatorum; An per Legatarios poſſit debitoribus legatorum concedi dilatio in præiudicium Fabricæ, ſeù potiùs non obſtantibus eorum dilationibus poſſit Fabrica iuxtà ſuas facultates contra debitores procedere. Eminentiſſimi Domini declararunt licere Fabricæ contra debitores legatorum, ſeù cuiuſuis alterius tituli, & cauſæ, in qua agitur de iure, & intereſſe ipſius Fabricæ procedere iuxtà ſuas facultates, non obſtante quacumque Legatariorum, ſeù aliorum dilatione, & conuentione eidem Fa-

brice

Digitized by Google

brice præiudiciali. Datum hac die 14. Ianuarij 1630.

Ex Congregatione Generali Reuerendæ Fabricæ S. Petri habita die lunæ 31. Maij 1638.

DECRETVM

Super acceptationibus legatorum cum reſeruationibus non admittendis.

COMMISSARIIS Fabricæ certiorantibus Sacram Congregationem, quod plura loca pia, ac Legatarij, quibus ſunt facta legata * cum oneribus perpetuis; interpellati nomine Fabricæ ad declarandum, an velint acceptare eadem legata cum oneribus iniunctis. Declarant ſe velle quidem legata acceptare, non cum oneribus iniunctis. Sed ſecundùm moderationem per Superiores obtinendam, & ideò petentibus. An ſimiles declaratio-

** Nota quod huiuſmodi Decretum fuit ſemper obſeruatum etiam contra hæredes vniuerſales ob paritatem rationis. Et habetur in alijs declarationibus anni 1589. §. 3. ſupra impreſſis.*

nes

nes, & reductiones per Sacram Congregationem Concilij obtentas admittere debeant; Eminentiſſimi Domini dixerunt Poſſe Commiſſarios Legatarios cogere ad declarandum ſimplicitèr, etſi in termino eis per Commiſſarios præfigendo ſimplicitèr, non declarauerint, vel de legitimis reductionibus, antequam Fabrica ſuper iiſdem legatis manus appoſuerit, obtentis, non docuerint; poſſe Commiſſarios talia legata Fabrice applicare, iuxta illius facultates, & priuilegia: Nec reductiones, poſtquam Fabrica Legatarios iudicialitèr * conuenerit obtentas, ipſi Fabrice præiudicare; Cum eadem Sacra Congregatio Concilij ſępiùs declarauerit ſuæ intentionis non eſſe, iuri Fabrice quæſito, & non expreſſo, mediantibus ſimilibus reductionibus; prę iudicandi. Datum hac die 31. Maij 1638.

** Notandum quoque eſt, quod nec hæredes, vel legatarij poſſunt de proprio ſupplere legata poſt ius quæſitum Fabricæ; maximè poſt annum, & poſt motam litem, quia eſt tollere ius Fabricæ: Vide Marant. reſponſ. 37. tom. 1. in fine. Poſſunt tamen intra annũ impetrare commutationes à Sancta Sede Apoſtolicâ, vel ſupplere eorum arbitrio; nàm vis priuilegiorum R. Fabricæ conſiſtit in tempore.*

D E-

Digitized by Google

DECRETVM

Quod in Tribunali Reu. Fabricæ Vrbis ſeruetur taxa Vicarij Vrbis. Die 6. Septembris 1638.

NOtario, & Secretario Fabricæ petenti fieri nouam taxam pro eius Officio.

Eminentiſſimi Domini mandarunt ſeruari omninò Taxam Vicarij, iuxtà Decreta aliàs facta.

DECRETVM

Quod Instrumenta intereſse Reu. Fabricæ concernentiā non ſubiaceant edictis, Archiuij Vrbani; dicta die 6. Septembris 1638.

EOdem Notario petenti mandari non moleſtari, à Miniſtris Archiuij Vrbani, pro aſportatione copiarum Inſtrumentorum ad dictum Archiuium.

Oeconomus alloquatur Dominum Iulium Donatum: & interim nihil innouari quoad Inſtrumenta concernentia intereſse Fabrice, quoad ea verò, de quibus idem Notarius fuit rogatus, non pro intereſse Fabricæ, ſed tanquam

H quili-

quilibet alius Notarius extraneus, ſeruentur Bannimenta, & ordinationes Archiuij.

DECRETVM

Super Auocatione Cauſarum intereſse Fabricæ concernentium, etiam à Sacra Rota.

Die 20. Iulij 1630.

FAbrica, & litis conſortibus contra occupatores bonorum q. Pauli Palloni; Auocari cauſam à Rota, attento quod agitur de intereſse Febricæ.

Et die 14. Februarij 1633.

Fabrica, & Dominico Lauachia contra Creditores q. Michaelis Floretti, & alios: petente committi D. Iudici; vt quatenùs opus ſit, cauſam à Rota auocet, illamque pro iuſtitia expediat.

Eminentiſſimi Domini in vim facultatum Fabricæ, cauſam, & cauſas prædictas à Rota pro intereſſe Fabricæ eidem Domino Iudici pro Iuſtitia, cum facultatibus neceſſarijs, commiſerunt.

DE-

DECRETVM

In Cauſa Criminali in Congregatione Generali habita die 5. Aprilis 1623.

A Monſignor Vicelegato di Viterbo ſi ſcriua, che faccia ſcarcerare il Commiſſario Andrea Sebaſtiani carcerato dal Cialli Vicario di Monte Fiaſcone; e facci ponere prigione detto Vicario, e lo mandi carcerato à Roma: poiche hà violato la Giuriſdittione della Fabrica. Et il detto Andrea Sebaſtiani dia ſigortà di comparire ſubito in Roma á præſentarſi auanti il Sig. Card. Prefetto.

ALIVD DECRETVM

In Cauſa Criminali die 27. Iulij 1640. in Congregatione Generali Reuerendæ Fabricæ.

Societate Sanctiſſimi Corporis Chriſti Caſtri Smerilli, & litis conſortibus. Contra Guidobaldum Petiam: Reaſumi, & inhiberi Domino Mareſcotto; ne procedat in Cauſa Criminali ſuper

Digitized by Google

prætenſa falſitate donationis, de qua agitur.

Ad Dominum Iudicem Fabricæ; qui reaſumat, & inhibeat.

ALIVD DECRETVM

In Cauſa Criminali.

IN Cauſa Romana prætenſarum Iniuriarum, & deturpationis domus: Inter Fiſcum,& Franciſcum N. querelantem, ex vna, & Dominicum N. Procuratorem Reu. Fabricæ Carceratum, & Franciſcum eius filium ex altera, pendente coram Domino Locumtenente Criminali Eminentiſſimi Cardinalis Vicarij per acta Valentini.

Die 27. Octobris 1646.

Sacra Congregatio Reu. Fabricæ S. Petri; In ſtatu, & terminis, deputauit Dominum Iuſtinum Gentilem, qui procedat tanquam Iudex deputatus, & per acta Notarij eiuſdem Sac. Congregationis, cum facultatibus neceſsarijs, & opportunis &c.

DE-

DECRETVM

Quod non fiat Compoſitio cum Legatarijs, qui legata repudiarunt.

Die 7. Decembris 1637. In Congregatione General.

OEconomo Reuerendæ Fabricę Contra Legatarios cum onere: Petentibus eis illa repudiantibus, concedi aliquam ratam eorundem legatorum abſque onere.

Eminentiſſimi Domini mandarunt eis nullo modo concedi ratam aliquam dictorum legatorum; ſed per eos illa acceptanda eſse, proùt cantant; vel liberè dimittant; & ità inuiolabilitèr obſeruari.

DECRETVM

Quo Procuratores Fabricæ non audeant emere bona ſtabilia Reuerendæ Fabricæ.

Die 19. Ianuarij 1637. In Congregatione Generali.

INiunctum fuit Procuratoribus Fabricæ, nè ſub pęna nullitatis in futurum, audeant emere bona

que-

quecumque ſtabilia ad Fabricam ſpectantia.

DECRETVM

Quod gratie ſuper compoſitionibus fiendis ſint nullæ; Si intrà menſem debite exequtioni non mandetur.

Die 15. Februarij 1635. In Congregatione Generali.

OEconomo Fabricæ ſeruari Decretum ſuper compoſitionibus ſub die 20. Septembris 1614. ab hac Sacra Congregatione factum, tenoris ſequentis videlicèt.

Compoſitiones factæ, & impoſterum faciende, ſi infrà menſem non adimpleantur, illarum gratia ſit nulla, & procedatur ad exequtionem totius ſummæ, ſeruetur, & exequtioni demandetur.

DECRETVM

Quod Fabrica non poſſit impedire celebrationem Miſsarum de præterito non adimpletarum, niſi à die iudicialis interpellationis.

Die 10. Decembris 1629. In Congregatione Generali.

PEtente Domino Rouigliono. An liceat Legatarijs, qui intrà certum tempus debebant celebrari facere Miſsas; illo elapſo, poſſint eas celebrari facere; ſeù potiùs pro Miſſis non celebratis poſſit Fabrica illis prohibere, nè illas vlteriùs dicant, & pro ſe elemoſinas Miſsarum intrà dictum tempus non celebratarum exigere, & retinere.

Reſponderunt Eminentiſſimi Domini; licere etiam poſt lapſum tempus illas celebrare, donec à Fabrica non fuerint iudicialitèr interpellati.

Digitized by Google

DECRETVM

Quod nullus ex Miniſtris Fabricæ audeat ſeſe intromittere in Appaltibus eiuſdem Reuerendæ Fabricæ ſub pena priuationis, & aliarum arbitrio Sac. Congregationis.

Die 15. Maij 1612.

NEſsuno Officiale, ò Miniſtro della Reu. Fabrica ſi poſsa intromettere negl'Appalti di detta Fabrica, e quelli che vi ſono ſi leuino. Sottopena della priuatione dell'Offitio, & altre pene arbitrarie della Sacra Congregatione.

DECRETVM

Super preuentione inter Procuratores Reu. Fabricæ.

Die 15. Septembris 1636.

FVit dictum ſeruari Decretum Eminentiſſimi Card. Vidoni, videlicèt.

Quòd Procurator, qui primò ſcripſit in libro teſtamentorum habeat præuentionem in Cauſa. Dummodò particulam veram, & ſubſtantialem teſtamenti deſcripſerit.

L E-

Digitized by Google

DECRETA

Sacræ Congregationis Reuerendæ Fabricæ S. Petri de Vrbe, prohibentia eius Officialibus, & Miniſtris, ne aliquid recipiant ab exhibentibus adimplementa, & quietantias legatorum piorum.

In Congregatione Generali Reuerendæ Fabricæ S. Petri, habita de more in Palatio Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Card. Decani die Sabbati 25. Septembris 1632. inter cætera fuit decretum prout infra videlicet.

OECONOMO Fabricæ, petente prouideri indebitis Commiſſariorum vexationibus quas partibus, quæ iam legata pia per eas debita adimpleuerunt illorumq; adimplementum oſtendunt, & nihilominùs ab eis ſemel, & pluries, contra formam Ordinationum huius Sacræ Congregationis, & Inſtructionum pecunias extorquent pro interponendis decretis ſuper viſione, & approbatione quietantiarum, quas illis partes exhibent.

Eminentiſſimi Domini prohibuerunt Commiſſarijs nunc, & pro tempore exiſtentibus, ne aliquid

à dictis partibus etiam conuentis, & quietantias exhibentibus, aut pro dicta exhibitione, aut Decreto, aut alio quouis prætextu recipiant, quod ſi contrafecerint, illud totum ijſdem partibus reſtituant, & reſtituere compellantur, & præmiſſa ab omnibus quorum intereſt inuiolabilitèr ſeruari mandarunt. Omni &c.

Et in alia Congregatione Generali habita vbi ſupra die Sabbati 13. Nouembris eiuſdem anni, inter alia fuit decretum prout infrà, videlicèt.

Eminentiſſimi Domini confirmando Decretum in præcedenti Congregatione, factum contra Commiſſarios extorquentes pecunias ab his, qui iam legata adimpleuerunt, non ſolùm mandarunt dictos Commiſſarios compelli ad reſtitutionem illius, quod à prædictis extorſiſſent, ſed ampliùs illos eorum officio priuarunt, & priuant, & hæc ſignificari mandarunt etiam Reuiliono, vt tales Commiſſarios prædictis contrafacientes etiam pœna dictæ priuationis puniri poſſit, omni &c. In quorum

rum

rum fidem &c. Datum Romæ in Collegio eiuſdem Fabricæ dictæ die 13. Nouembris 1632.

PROHIBITIONES

Sacræ Congregationis Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, eius Officialibus, & Miniſtris, ne ab his qui legata pia, adimpleuerunt, & adimplementa oſtendunt aliquid exigant.

EMINENTISS. & Reuerendiſſimi Domini Cardin. Fabricæ Præfecti, vnà cum Reuerendiſſimis eius Prælatis in eiuſdem Fabricæ Congregatione de more habita in Palatio Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Decani die 23. Maij 1633. prohibuerunt Reuiliono, Commiſſarijs, & alijs quibuſuis Officialibus, & Miniſtris Fabricæ, ne ſub pœna reſtitutionis, alijſque arbitrio Sacræ Congregationis aliquid exigant, vel recipiant prætextu quarumuis expenſarum, viaticorum, actorum, & mandatorum, aut aliorum emolumentorum à debitoribus legato-

Digitized by Google

rum piorum conuentis in Tribunali Fabricæ, qui dicta legata adimpleuerint, illorumque adimplementa, & ſatisfactiones oſtendant, non obſtante quod contra eos pro dictis legatis à Iudicibus, Commiſſarijs, aut alijs Miniſtris Fabricæ fuiſſet relaxatum mandatum. Et ità inuiolabilitèr obſeruari mandarunt.

Et in altera eiuſdem Fabricæ Congregatione habita ſub die 13. Iunij eiuſdem anni. Ijdem Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinales vnà cum Reuerendiſſimis eius Prælatis mandarunt ſeruari ſupradictam prohibitionem, quod ab his qui legata adimpleuerunt, & adimplementa oſtendunt nihil penitùs exigatur. Et hæc omnia in Officijs Fabricæ, ac etiam in Inſtructionibus Commiſſariorum annotari, ne de his prætendatur ignorantia, & ab omnibus inuiolabilitèr obſeruari. In quorum fidem &c. Dat. Romæ in Collegio dictæ Fabricæ, die 14. menſis Iunij 1633.

DE-

DECRETO

Da ſeruarſi nel fulminare le Cenſure nel Tribunale della Fabrica di Napoli.

NON Si poſſa procedere nel Tribunale della Fabrica tanto in Napoli, come fuori alle Cenſure per ſomma, che non ecceda venti ducati, & prima non ſieno ſtati legitimamente condennati li Debitori, & relaſſati li mandati contro di loro, & fatte le debite diligenze d'eſeguirli, & non ſi trouando, ò potendo eſeguire, ne realmente, ne perſonalmente, all'hora, & non prima in ſubſidium, precedenti le ſolite monitioni, ſi venga alla relaſſatione delle Cenſure, con eſprimere in eſſe la ſomma, ò la cauſa per la quale ſono ſpedite, & rilaſſate, ò fulminate, in altra maniera ſieno ipſo Iure nulle, ne lighino li dichiarati in eſſe ſcommunicati. Et oltre alle ſudette coſe li Commiſſarij nelle Cauſe pertinenti alla loro Giuriſdittione tanto per eſecutione delle loro

ſen-

Digitized by Google

ſentenze, come per cauſa d'inobedienza, & contumacie, non poſſino relaſſar dette Cenſure ſe non in ſubſidium, nel modo di ſopra, & con il voto di più de i Conſultori aſſegnateli ſecondo il ſolito dall'Vniuerſità, & ſotto le pene contenute ne gl'oblighi, & ſicurtà date nel Tribunale, & della priuatione eell'offitio, & altre ad arbitrio della Sacra Congregatione. Roma 20. Aprile 1633.

DE-

Digitized by Google

DECRETVM

Sac. Congregationis Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe ſuper Legatis relictis PP. Minoribus de Obſeruantia S. Franciſci.

CVM Sępiùs fuerit habitus recurſus ad Sacram Congregationem Venerabilis Fabricę S. Petri ſuper annuis legatis factis, ſeù faciendis ad fauorem Fratrum S. Franciſci Minorum de Obſeruantia, cum onere Miſſarum, ſeù Officiorum ſiuè gratis, ſiuè alio modo. *

Prætendente Venerabili Fabrica S. Petri ad illam ſpectare propter dictorum Fratrum incapacitatem huiuſmodi Legatorum.

Dictis autem Fretribus allegantibus poſſe annua legata huiuſmodi recipere tuta conſcientia, quatenùs hæres ex ſua libera voluntate voluerit illa dare in elæemoſinam, & committere Fratribus dictas Miſſas, & Officia juxtà ſententiam S. Bonauenturæ, & Decreta Sacræ Congregationis à Sanctiſſimo D.

** Notà quod huiuſmodi Decretum habet locum in annuis legatis tantùm, in quibus proprietas remenet penes hæredes: non autem in legatis, ſiuè hæreditatibus directè in fauorẽ Fratrum factis, ſiuè relictis, quia hæc nec momento retinere poſſunt, iuxtà Tabulam, ſeù ordinationes factas in generali Congregatione Fratrum de Obſeruantia Regulæ impreſſas anno 1628. in Typographia Reu. Cameræ, vbi neque ſub nomine Sindici exigere, vel poſſidere poſſunt.*

Noſtro

Digitized by Google

Noſtro Fratrum Minorum de Obſeruantia S.Franciſci Ciſmontanæ familiæ Cõſultationibus prępoſitæ ſub die 4. Iunij 1628. publicata.

Eadem Sacra Congregatio pro opportuna præmiſſorum prouiſione facta priùs relatione Sanctiſſimo D. N. Vrbano Papæ Octauo, ac de illius expreſſo ordine, & mandato, decreuit in futurum ſuper huiuſmodi Legatis obſeruari, vt infrà.

Quod huiuſmodi Legata per Debitores, vel hæredes non extinguantur, vel reducantur per compoſitionem cum Miniſtris Fabricæ faciendam, vel alio quouis modo, ſed illorum Capitale, ſiuè ſors principalis, vel Proprietas abſque aliqua diminutione conſeruetur ſemper, & perpetuò ad effectum, vt in vſus Romano Pontifici pro tempore exiſtenti benè viſos poſſint applicari; Ità tamen, vt quamdiù applicationem ſpecialem auctoritate Apoſtolica fieri non contigerit, hæredes, vel Debitores poſſint liberè ſi velint dictis Fratribus dare dicta annua legata per

eoſdem

Digitized by Google

eoſdem Fratres recipienda in eleemoſinam, non autem per eos exigenda. Et quod quæuis extinctio, reductio, ſeù diminutio capitalis, ſeù proprietatis alitèr abſque ſpeciali Romani Pontificis permiſſione facta, eo ipſo nulla ſit, nec Debitoribus, aut alijs quibuſcunque ſuffragetur,

Quodque Commiſſarij, alijque Miniſtri Venerabilis Fabricæ ſuper huiuſmodi capitale, ſeú proprietate ſupradicta, ſe de cætero non intromittant, nec dictos hæredes, ſeù Debitores aliquo modo moleſtent, niſi ad effectum reinueſtiendi in caſu reinueſtimenti, ſeù prouidendi, vt conſeruetur, vt ſupra, aut aliàs in executionem applicationis auctoritate Apoſtolica factæ, vel faciendæ.

Et quod nolentibus dictis hæredibus vel Debitoribus dare ſupradictis Fratribus dictas elæemoſinas, ſeù annuas præſtationes, ſiuè Legata, vt ſupra, ſoluere, vel illas, ſeù illa non ſoluentibus, tùnc, & eo caſu lapſis duobus annis à die obitus Teſtatorum, ſi fuerit maturatum Legatum, vel à die maturatæ il-

lius ſolutionis eadem Fabrica, & illius Commiſſarij, & Miniſtri id totum, quod ſolutum non fuerit pro præterito, pro rata tamen, in qua fuerit, vt ſupra elapſum biennium, vel vltrà, poſſit, & valeat annuas præſtationes huiuſmodi exigere, exigique facere ad ſui beneficium, iuxta ſuas facultates, & Priuilegia; ſaluo ſemper capitali, ſeù proprietate, vt ſupra, ad effectum, quod hæredes, vel *debitores* (dummodò de eis per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem aliter non fuerit diſpoſitum, nec prædicta Legata in alios vſus eius auctoritate applicata fuerint, vel applicari contigerit) poſſint, ſi velint, etiam quandocunque futuris temporibus, & ſic deinceps in perpetuum dare dictis Fratribus dicta annua Legata in elæemoſinam, vt ſupra, nec Fabrica eoſdem hæredes, vel Debitores moleſtare poſsit, & valeat toties, & quoties caſus contigerit, niſi pro præterito, & tunc in illis terminis tantùm, poſt quorum maturationem fuerit elapſum biennium, vel vltrà, vt ſupra;

ſalua

Digitized by Google

ſaluâ ſemper erectione Beneficiorum, & applicatione Legatorum, ſeù quorumcumque bonorum, & reddituum, ac Iurium eiſdem Beneficijs, ſeù alijs vſibus pijs auctoritate Apoſtolica facta, ſvel in poſterum quandocunque, & quomodocunque facienda, & executione literarum Apoſtolicarum deſupèr expeditarum, ſeù expediendarum; Itaut præfata decreta ad illas nequaquam ſe extendāt, ſed illæ ſemper firmæ, & illeſæ remaneant, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri debeant, ita quod neque Fabrica, neque hæredes, vel Debitores præfatæ, vllo modo illas impedire, retractare, vel controuertere valeant, & ſaluis ſemper Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ac ſfacultatibus competentibus dictæ Sacræ Congregationi Venerabilis Fabricæ.

Prohibuit tamen eadem Sacra Congregatio Fratribus ſupradictis ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, ne audeant, ſeù præſumant, nec quilibet eorum audeat, ſeù præſumat per ſe, nec per alios Sindicos, Miniſtros, ſeù

Procuratores tàm ſeculares, quam Regulares dictas annuas præſtationes, ſeù Legata, nec iudicialitèr tàm coram quocunque Iudice Eccleſiaſtico, quàm ſeculari Ordinario, vel Delegato, nec aliàs niſi iuxtà formam dicti Decreti Congregationis Fratrum Minorū dè Obſeruantia S. Franciſci Ciſmontanæ familiæ à Sanctiſſimo Domino Noſtro deputatæ ab hæredibus, ſeú quibuſuis alijs *eorum* Debitoribus petere, minuſuè dd. hæredibus, ſeù Debitoribus facere aliquas receputas pro dictis annuis præſtationibus, niſi pro rata, & pecunia, ſeù elæemoſinis ſupradictis cum effectu, ac verè, & realitèr eiſdem Fratribus data, vel ſoluta, ſeù datis, vel ſolutis, nec ſub alia Data, niſi ſub ea, qua verè fuerit ijſdem Patribus, aut alijs pro eis facta realis ſatisfactio, & inſuper, ne Prouiſos Apoſtolicos pro tempore de Beneficijs, quibus Legata ſupradicta fuerint applicata, vel eorum Procuratores, & Miniſtros ſuper exactione dictorum Legatorum directè, vel indirectè impedire, yel moleſtare

quouis

quouis quæſito colore, vel prætextu audeant, vel præſumant. In quorum fidem, &c. Dat. Romę ex Collegio Sacræ Congregationis, die 14. Febr. 1633.

DECRETVM

Sacræ Congregationis Reu. Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe ſuper annuis legatis relictis PP. Minorum de Obſeruantia Sancti Franciſci non componendis.

SACRA Congregatio generalis Reu. Fabricę Sancti Petri de Vrbe ad conſulendum non minus indemnitati Fratrum Ordinis Minorum de Obſeruantia S. Franciſci, quam prouidendum malitiæ hæredum, & aliorum quomodolibet obligatorum, qui differunt vltrà biennium illis ſoluere annua legata pia cum oneribus Miſſarum, ſeù Officiorum, vel etiam gratis dictis Fratribus, ſeù eorum Eccleſijs relicta, ac etiam in futurum relinquenda, ſub ſpe poſteà ſuper illis pro minori

Notandum eſt quod huiuſmodi decretum fauore Fratrum de Obſeruantia emanauit, ne inſcij priuentur elæmoſinis, quas petere non poſſunt. Proptereà conſentientibus illis fieri poteſt Compoſitio cum hæredibus, & poſteà traditur elæmoſina Fratribus arbitrio Sac. Congregationis.

Digitized by Google

nori ſumma ſe componendi cum Commiſſarijs, & alijs Reuerendæ Fabricæ Miniſtris, & Officialibus. Prohibuit, & expreſsè mandauit Commiſſarijs, Oeconomis, Secretarijs, & alijs quibuſcumque Officialibus, & Miniſtris Reuerendæ Fabricæ præſentibus, & futuris, & tàm Vrbis, & Status Eccleſiaſtici, quàm Regni Neapolis, & aliorum quorumcumque locorum ſub pœnis arbitrio eiuſdem Sacræ Congregationis, ne de cætero cum hæredibus, vel alijs quomodolibet obligatis ad ſolutionem dictorum legatorum ad aliquam compoſitionem, remiſsionem, vel Tranſactionem deueniant, ſed ab illis omnes annatas ſupra biennium decurſas, & non ſolutas integralitèr exigant, & exigere faciant in beneficium dictæ Reuerendæ Fabricæ, ſine relaxatione alicuius minimæ portionis, ſeù quantitatis, ſeruato in reliquis tenore Decreti in hac materia ab eadem Sacra Congregatione editi ſub die 14. Februarij 1633. Et compoſitiones, ſeù remiſſiones quaſcumque in contrarium quomodoli-

modoli-

modolibet faciendas eo ipſo nul-
las, & irritas eſſe decreuit, & de-
clarauit, mandans ità componen-
tes ad reſidui ſic ſibi remiſsi, ſeù
condonati ſolutionem adſtringi,
& cogi poſſe, perindè ac ſi com-
poſitio, ſeù relaxatio per eos ob-
tenta non eſset. Et ne ab aliquo
huius Decreti ignorantia prætendi
& allegari poſsit, decreuit illud in
lucem edi, publicari, & pro ne-
gocijs Status Eccleſiaſtici affixum
in Vrbe in Ianuis Sacroſanctæ Ba-
ſilicæ Vaticanæ, in acie Campi
Floræ, alijſque locis conſuetis, &
pro negocijs Regni Neapolis in
Ianuis Eccleſiæ Archiepiſcopalis
Neapolis, nec non ſolitæ reſiden-
tiæ Tribunalis ipſius Reuerendæ
Fabricæ, perindè afficere, ac ſi
omnibus intereſse habẽtibus per-
ſonalitèr intimatum eſset. Datum
Romæ in Collegio eiuſdem Sac.
Congregationis die 15. Decem-
bris 1646.

DE-

EXEMPTIO

Reu. Fabricæ à ſolutione Gabellarum, fuit obſeruata etiam in Dhoana Vrbis ab immemorabili tempore centum, & vltrà annorum, vt infrà.

Vitellotius Vitellius Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius.

VOBIS Dhoanerijs Almæ Vrbis de mandato Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ viuæ vocis oraculo ſuper hoc nobis facto, & auctoritate noſtri Camerariatus Officij tenore præſentium cõmittimus, & mandamus. Quatenùs duodecim Aſpos fili ad faciendum canapos, ad trahendum, & eleuandum columnas, & alia pondera Venerabilis Fabricæ Sancti Petri de Vrbe, quæ de præſenti reperiuntur in Dhoana Terræ ad inſtantiam Collegij, & Deputatorum dictæ Venerabilis Fabricæ apportata, & omnia quæ vecta fuerint in futurum, vobis fide facta, ſeù mandato per dictum Collegium, ſeù illius Deputatos qualibet vice, qua bona ipſa ex præfa-

præfata Dohana extrahi contin-
get, quod bona huiuſmodi ad di-
ctam Venerabilem Fabricam, &
pro illius vſu exiſtant realitèr, &
cum effectu abſque aliqua ſolutio-
ne Dohanæ, ſeù Gabellæ conſi-
gnare debeatis, nàm quicquid
conſignaueritis ad exitum Came-
ræ Apoſtolicæ deſcribetur, illud-
que in computis veſtris admitte-
mus. In contrarium facientibus
non obſtantibus quibuſcumque.
Datum Romæ in Camera Apo-
ſtolica die 18. Ianuarij 1565.

V. Card. Camerarius.

Hieronymus de Tar.

Loco ✠ Sigilli magni.

In Archiuio Venerabilis Fabricæ in
faſciculo Breuium Signato nu. 12.
A. 1.

Digitized by Google

DECRETVM

Inſertum in Breui Leonis Papæ X. Contra fraudantes Reu. Fabricam anno 1514.

LEO PAPA X.

Dilectis filijs &c. Deputatis Reuerendæ Fabricæ.

DEcernimus inſuper om- nes, & ſingulos cuiuſcumque Dignitatis, Ordinis, & Religionis, Eccleſiaſticoſquè omnes, & mundanos, fraudem, falſitatem, aùt machinationem aliquam, falſaque, aùt quomodolibet commenta quietantias, liberationes, vel ſcripturas aliquas machinantes, aùt facientes: propter quas præiudicium ipſi Fabrice, impedimentum, vel damnum oriri poſſet, vel inferretur, & eos qui nolle exigere aſſeruerint, vt præfertur; Maioris excommunicationis ſententiæ ſubiacere; & ab illa non niſi per Nos, & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros

legi-

Digitized by Google

legitimè intrantes aut per vos, aut à vobis deputandos, præterquam in mortis articulo, præuia ſatisfa-ctione, pro ipſa Fabrica facienda abſolui poſſe. Et nihilominùs vos contra ſuſpectos in præmiſſis per viam inquiſitionis ſummariè ſimplicitèr, & de facto procedere, & repertos culpabiles condignis pænis afficere, auctoritate Noſtra poſitis, & valeatis. Datum apud S. Petrum die 6. Septembris Pontificatus anno ſecundo.

Digitized by Google

B R E V E

San. mem. Pauli Papæ III. in quo declaratur cauſas omnes intereſſe Reu. Fabricæ concernentes eſſe cauſas ipſius Papæ, & Sedis Apoſtolicæ, nec dictam Reu. Fabricam teneri ad ſolutionem quarumcumque ſcripturarum, & cum priuilegijs Fiſci.

PAVLVS PP. III.

MOTV Proprio &c. extraordinarias expẽſas quas, vt accepimus dilecti filij Collegium, & Deputati Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, illiuſque Oeconomus in diuerſis litibus, quas aliquandò extrà eorum Tribunal, occaſione rerum, & negotiorum dictæ Fabricæ, ac pro iuribus, & actionibus, ac rebus, & bonis eiuſdem Fabricæ defendendis, ſeù illis tanquam ad eam applicatis, & deuolutis ſpectantibus recuperandis, & acquirendis in dies ſubire coguntur, tollere omninò volentes. Motu ſimili, & ex certa ſcientia,

Digitized by Google

ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernimus, & declaramus, omnes, & ſingulas cauſas coram quibuſcumque Iudicibus etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aut in Sacræ Rotæ Auditorio, nunc, & pro tempore pendentes, & dictam Fabricam quomodolibet concernentes, noſtras, & Sedis Apoſtolicæ eſſe, noſtrumque, & dictæ Sedis intereſſe concernere, proptereàque Collegium, & Deputatos dictæ Fabricæ, illiuſque modernum, & pro tempore exiſtentem Oeconomum, pro ſatisfactione tàm regiſtrorum, Inſtrumentorum, Commiſſio numquè, & aliarum ſcripturarum in cauſis dictam Fabricam quomodolibet, vt præfertur, concernentium, grauare non poſſe, niſi ad ſoluendum id, quod noſter, & Cameræ Apoſtolicæ Procurator fiſcalis, in cauſis Cameralibus ciuilibus, & fiſcum noſtrum concernentibus, pro ſimili ſatisfactione, ſoluere tenetur, & obligatur; Et nihilominùs Vniuerſis, & ſingulis tàm Romanæ Curiæ, quàm quarumcumque alia-

rum

rum Ciuitatum , Terrarum, & locorum Nobis, & dictæ Sedis mediatè, vel immediatè ſubiecto-rum, Notarijs, & Tabellionibus, atque Scribis, etiam Actuarijs coram quibuſcumque Iudicibus, Ordinarijs, ſeù Delegatis etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aut Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditoribus, ſeù Locumtenentibus in cauſis dictam Fabricam concernentibus, & ad ſcribendum pro tempore deputatis circà mercedes, Inſtrumentorum, & aliarum ſcripturarum, & regiſtrorum, ſeú extractuum, dùm fieri contigerit à dicto Oeconomo & Officialibus dictæ Fabricæ, non vltrà quám quod in cauſis Cameralibus, ac fiſcum noſtrum concernentibus à Procuratore fiſcali capere conſuetum eſt, capiant. Curſoribus etiam noſtris, vt in redimendis commiſſionibus per vtramque Signaturam, pro tempore ad Collegij, & Deputatorum, ſeù Oeconomi præfatorum inſtantiam ſignatis dictam tamèn Fabricam, illiuſque negotia ſimilitèr concernentes, ac commiſſio-

nibus

nibus exequendis; nihil, prout nec à fiſco, quicquam capere conſueuerunt à Collegio Deputatis; & Oeconomo præfatis, ſimilitèr capiant. Collegio verò, ac Deputatis præfatis, vt præmiſſa omnia, & ſingula inuiolabilitèr obſeruari mandent, & faciant, ſub eiſdem cenſuris, ſententijs, & pœnis mandamus: nō obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, priuilegijs quoque indultis ſingulis Collegijs dictorum Officialium, etiam in ſingulorum eorumdem erectionum, & forſan ſucceſſiuè. Sub quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs irritantibuſque, & alijs decretis. Quibus illorum tenores &c. Dat. Romæ 8. Auguſti 1545.

BRE-

BREVE

Fęlic. record. Iulij Papæ III. confirmatorium Breuis fęlic. recor. Pauli Papæ III. ſuper commiſſionibus ſignandis in fauorem Fabricæ, cum inhibitione Cardinalibus, & Referendarijs, nè aliquas ſignent commiſſiones in rebus concernentibus dictam Fabricam.

IVLIVS PAPA III.

Ad Futuram rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem ea quæ in Baſilicarum Eccleſiarum quarumlibet, illarumque Fabricarum, ac ipſarum Fabricarum Collegiorum Præfectorum, & Deputatorum fauorem, & commodum conceſsa fuerunt, & quæ aliquando caſſata, & annullata fuiſse dicuntur, ſuæ approbationis, atquè innouationis robore ſolidare, ac de nouo diſponere, ac aliàs talitèr prouidere, quod Baſilice, Eccleſie, Fabrice, Collegia, Præfecti, & Deputati huiuſmodi, proût par

eſt,

eſt, poſſint de cetero illis pacificè frui, & gaudere. Cum itaq; poſtquam fœl. recor. Paulo Papæ III. prædeceſſori Noſtro notum fuerat quod nonnulli Apoſtolicæ Sedis Legati de Latere, & Gubernatores, & Commiſsarij in Prouincijs, & locis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectis deputati, ac aliàs tàm Prouinciarum, & locorum eorumdem, quàm etiam Vrbis, & Romanæ Curiæ Iudices Ordinarij prætextu quod ab eadem Sede illis indultũ erat, quod aliquibus cauſarum commiſſionibus iuſtitiam concernentibus, ac moratorijs, niſi illæ manu propria Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, vel alicuius eorum, etiam motu proprio, aut alijs certis modis, & formis, ac certis ſignis, & contraſignis ſignatæ eſſent, parere minimè tenerentur. Quodque quaſcumque cauſas, à quibuſuis Iudicibus auocare, & illas alijs audiendas, & decidendas delegare, & committere poſſint in diuerſis *ſpiritualibus profanis * criminalibus*, *mixtis*, & alijs cauſis motis, & mouendis com-

** Nota quod cauſæ Criminales debent intelligi de Cauſis Criminalibus Commiſſariorum, Officialium, & aliorum inſeruientium eidem Fabricæ, iuxtà Decretum eiuſdem Pauli 3. infrà impreſſ.*

Digitized by Google

miſſionibus per bon. mem. Laurentium Epiſcopum Præneſtinum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem de Campeggio nuncupatum, & pro tempore ad Commiſſiones Iuſtitiam concernentes eidem Prædeceſſori porrectas in eius præſentia ſignandas deputatos, ac plenam, & liberam facultatem per ſe, vel alium ab eo deputandum deſupèr habentes tàm in præſentia, quàm ex certa ſcientia, & in plena Signatura Iuſtitiæ etiam partibus auditis, & pro iuſtitiæ debito ſignatis, & cauſarum huiuſmodi auocationis, ac alijs dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Rotæ Auditoribus, cæteriſque Iudicibus tàm in Curia, quàm in Prouincijs prædictis Commiſſarijs, & litteris Apoſtolicis ſuper Commiſſionibus ipſis, tàm ſub plumbo, quàm in forma Breuis confectis, nec non inhibitionibus, & mandatis illarum vigore decretis parere, niſi pro eorum voluntate non curabant, imò contemnebant, & indebitè recuſabant, illiſque non obſtantibus in cauſis ipſis, etiam ab eis auo-

catis

catis ad vlteriora procedere, & inhibitiones decernere, ſententiaſque, & cenſuras promulgare, ac etiam diuerſas cauſas, & Auditoribus præfatis commiſſas, & coram eis pendentes ad ſe auocare, & alijs delegare præſumebant; propter quod interdùm in eadem cauſa, & inter eaſdem partes per diuerſos Iudices, ac in dicta Curia, & extrà eam procedebatur, & partes diuerſis expenſis, & grauaminibus afficiebantur, ac iuriſdictiones confundebantur, & diuerſa inconuenientia ſubſequebantur. Idemq; Prædeceſsor ex præmiſſis, & certis alijs cauſis per quandam ſuam Conſtitutionem, quam in Cancellaria Apoſtolica publicari, et deſcribi fecerat, omnia, et ſingulas facultates, conceſſiones, et Indulta quibuſcumq; dictæ Sedis Legatis, etiam de Latere, etiam Cardinalibus, ac Gubernatoribus Commiſſarijs, et alijs quibuſcumq; Iudicibus quocumque nomine nuncupatis, et quauis etiam Pontificali dignitate fungentibus, tàm Vrbis, et Curiæ, quàm Prouinciarum, et lo-

Digitized by Google

rum prędictorum ſub quibuſcum-
que tenoribus, & formis, etiam
per modum ſtatuti perpetui, &
cum quibuſuis reuocationū præ-
ſeruationibus, ac alijs clauſulis,
nec non irritantibus, & alijs de-
cretis etiam motu ſimili, & ex
quibuſuis cauſis per quoſcumque
Romanos Pontifices prædeceſſo-
res ſuos, ac forſan eundem Præ-
deceſſorem eatenùs quomodoli-
bet conceſſa, & confirmata, quo ad
id, vt ipſi Legati, Gubernatores,
Commiſſarij, & Iudices, Com-
miſſionibus Apoſtolicis, niſi ma-
nu Romani Pontificis, ac etiam
motu proprio, & aliàs ſub certis
modis ſignatæ eſſent, parere te-
nerentur, ac quoad quaſcumque
cauſas à quibuſuis Iudicibus or-
dinarijs, & extraordinarijs, & au-
ctoritate Sedis prædictæ. Dele-
gatis, etiàm Rotæ Auditoribus,
auocare, & illas alijs quibuſuis
modis, & formis audiendas, de-
cidendas, & fine debito termi-
nandas delegare, ſeù committere
poſſent, dumtaxat reuocauerat,
caſſauerat, & annulauerat; & pro
non conceſſis haberi voluerat;

Eiſ-

Digitized by Google

Eiſdemque Legatis, Gubernatoribus, Commiſſarijs, & Iudicibus, ex tunc de cetero nullatenùs ſuffragari potuiſſe, ac quicquid per eos prætextu facultatum, & indultorum reuocatorum huiuſmodi attentari cõtingeret, nullius roboris, vel momenti exiſtere decreuerat. Cùm à nonnullis dubitaretur, ne per Conſtitutionem ſuam huiuſmodi priuilegia, & facultates quoad præmiſſa dilectis filijs Collegio, & Præfectis Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, per piæ mem. Iulium II. Leonem Decimum, Adrianum VI. & Clementem VII. prædeceſſores ſuos conceſſa, & per eumdem Paulum confirmata, & innouata caſſata, & annullata forent. Idem Paulus prædeceſſor, cuius mentis erat priuilegia, & facultates dictæ Fabricæ conceſſa confirmata, & innouata potiùs augere, quàm reuocare. Motu ſimili, & ex certa ſcientia ſuam Conſtitutionem reuocatoriam prædictam ad priuilegia facultates, & indulta eidem Fabrice per Iulium, Leonem, Adrianum, & Clementem conceſſa

ceſſa, etiàm Paulum prædeceſſo-
res præfatos confirmata, & innouata, non ſe extendere, ſed illa, à cōceſſione ſua reuocatoria omninò excepta eſſe decreuerit; & declarauerit; Priuilegiaquè, facultates, & indulta Fabrice, & eius Præfectis, & Deputatis conceſſa prædicta innouauerit, & de nouo quaſcumque commiſſiones, tàm gratiæ, quàm iuſtitiæ intereſſe dictæ Fabricæ quomodolibet concernentes, alitèr, quàm manu ſua, & ſucceſſorum Romanorum Pontificum, ad hoc vocato Oeconomo dictæ Fabricæ ſignatas, nullius eſse roboris, vel momenti, & ità per quoſcumq; Iudices ſententiari, & iudicari debere decreuerit, proùt in ſupplicatione deſuper manu eiuſdem Pauli Prædeceſsoris motu proprio ſignata, cuius ſolam Signaturam quoad id ſufficere voluit, pleniùs continetur. Nos cupientes, vt omnia, & ſingula priuilegia, facultates, & indulta Fabricæ Collegio, & Deputatis præfatis per prædictos, & alios quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſsores noſtros

ſuper

ſuper quibuſcumque tenoribus, & formis conceſsa approbata, & innouata perpetuò durent, & illibata præſeruentur, ac firmitèr obſeruentur. Nec non Fabrica, Collegium, & Deputati præfati in eis manuteneantur. Motu ſimili, non ad ipſorum Collegij, & Deputatorum, aut aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, decretum, & declarationem Pauli prædeceſsoris huiuſmodi, & proùt eiſdem Fabricæ, Collegio, & Deputatis conceſsa ſunt, omnia, & ſingula priuilegia facultates, & indulta prædicta, illorum omnium tenores præſentibus, pro ſufficientèr expreſſis habentes, ex certa noſtra ſcientia auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus; illaque innouamus, ac inuiolabilitèr obſeruari debere. Nec non ſub quibuſcumque reuocationibus, ſuſpenſionibus, alterationibus, aùt derogationibus, per Nos, & quoſcumque Romanos Pontifices ſucceſsores noſtros ex quibuſuis cauſis, quomodolibet pro

Digitized by Google

bet pro tempore factis; minimè compræhenſa, ſed ſemper, ab illis excepta eſse; & cenſeri, & nihilominùs pro potiori cautela, quaſcumque commiſſiones tàm gratiæ, quàm iuſtitiæ intereſse dictæ Fabricæ quomodolibet concernentes, alitèr quàm manu noſtra propria, aut ſucceſsorum noſtrorum Romanorum Pontificum, etiàm ad hoc vocato Oeconomo dictæ Fabricæ quomodolibet pro tempore ſignatas, nullius roboris, vel momenti exiſtere, ac præſentes de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeù intentionis noſtræ defectu notari, ſeù impugnari nullatenùs poſse, & ità per quoſcumque Iudices, & Commiſsarios etiam cauſarum Palatij Apoſtolici huiuſmodi Auditores, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, ſententiari, et definiri debere, de nouo decernimus, et declaramus. Et nihilominùs, omnes, et ſingulas cauſas, quæſtiones, et controuerſias, hactenùs inter Oeconomum

dictæ

diċtæ Fabricæ, & quaſuis alias perſonas, ſuper quibuſuis rebus, quomodolibet, tàm actiuè*, quàm paſſiuè, præter & contra facultatum priuilegiorum, & indultorum, necnon decreti, & declarationis Pauli prædeceſsoris huiuſmodi formam, continentiam, & tenorem, coram quibuſuis Iudicibus, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, in quauis inſtantia commiſsas, motas, & indeciſas pendentes, quarum ſtatus, & merita, ac nomina, & cognomina Iudicum, & collitigantium præſentibus haberi volumus pro expreſſis, in eiſdem ſtatu,& terminis in quibus reperiuntur, harum ſerie ad nos aduocantes illas, cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis, & connexis, eiſdem Præfectis, & Deputatis iuxtà priuilegiorum facultatum, indultorum decreti, & declarationis eorumdem tenorem, reaſsumendas, audiendas, cognoſcendas, decidendas, fineque debito terminandas,per præſentes committimus, & mandamus. Diſtrictiùs inhibendo, dilectis filijs Angelo Sanctæ Potentianæ de Medices, & Hieronymo Sancti Martini

* *Nota quod priuilegiũ fori conceditur tàm actiuè quàm paſsiuè.*

tini in Montibus Verallo. Nuncupatis Presbyteris, & quibuſcumque alijs Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aut alijs ad ſupplicationes tàm gratiæ, quàm iuſtitiæ, vel alterius earum, tàm in præſentia, quàm ex certa ſcientia noſtris, ac in plena Signatura Iuſtitiæ ſignandas, nunc, & pro tempore deputatis,ac etiá vtriuſque Signaturæ noſtræ Referendarijs, nè ſub inobedientiæ, & indignationis noſtræ pœnis aliquas commiſſiones, ſeù ſupplicationes aliquod intereſse, damnum, vel præiudicium dictæ Fabricæ concernentes, ſignare, referendariare, ſeù in eis manum apponere, aut aliàs expedire, quoquomodo audeant, ſeù præſumant. Ac decernentes ex nunc irritum, & inanè, ſi ſecus ſuper præmiſſis, ſeu aliquo præmiſsorum, à quoquam, quauis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari; Non obſtantibus præmiſſis, ac ſtylo Palatij, nec non quibuſuis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus illis, quæ præfatus Paulus prædeceſsor voluit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum,

cũm, ſub anulo Piſcatoris diè 20. Iulij 1552. Pontificatus anno Tertio.

B R E V E

Sanctæ memoriæ Clementis Papæ VIII. nè Ordinarij ſe intromittant in cauſis Legatorum piorum poſt ius quæſitum Reuerendæ Fabricæ.

Dilecto filio Hieronymo de Mauro Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe in Ciuitate Neapolitana Commiſſario Generali Sedis Apoſtolicæ Notario.

CLEMENS PP. VIII.

Dilecti fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

EXPONI Nobis nuper fecit dilectus filius Iacobus Antonius Lomacius Fabricæ Baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe Oeconomus Generalis, quòd licèt ſtantibus priuilegijs dictæ Fabricæ per diuerſos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros

pro tempore exiſtentes conceſſis; etiam præſertim fęlic. recordat. Pij Papæ V. litteris, in quibus expreſsè diſponitur, quod relicta pia cum onere celebrationis Miſſarum, diuinorum Officiorum, ac ſimilium, pro quorum adimplemento bona, ſeù etiam redditus perpetui, aut ad tempus relinquuntur, & hęredum, ſeù aliorum, qui ad id quomodolibet obligati exiſtunt auaritia, pro præterito adimpleta non ſunt, eo vſque decurſo, & realitèr non ſoluta Fabrice huiuſmodi debeantur; in futurum verò decurrẽda ipſis Legatarijs, cum onere iniuncto reſeruantur: Fabrica ipſa ſiuè dilecti filij eius Officiales nõ debuiſſent neque deberent ſuper prę miſſis ab aliquo indebitè moleſtari, neque in exactione, & perquiſitione huiuſmodi legatorum inquietari, nihilominùs nonnulli locorum Ordinarij, ſeù illorum Vicarij in Regno Neapolitano, & præſertim dilectus filius Vicarius Venerabilis Fratris Archiepiſcopi Neapolitani in ſpiritualibus Generalis. Nonnullos Cappellanos, qui Miſſas, & Diuina Officia huiuſmodi minimè celebrarunt in præiudicium ipſius Fabricæ, cui ius

eſt

Digitized by Google

eſt iam acquiſitum, nullitèr tamen, & de facto conueniunt ſub prætextu legata pia in pios vſus conuertendi; Cùm autèm ſicùt dicta expoſitio ſubiungebat, hoc non ſolùm in præiudicium dictę Fabricę tendat, ſed ſtantibus dictis priuilegijs, nec etiam dicti Ordinarij facultatem huiuſmodi pia legata in alios vſus commutandi habeant. Ideò Nobis humilitèr ſupplicari fecit prædictus exponens, vt in præmiſſis opportunè de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſtatum, & merita cauſe, & cauſarum huiuſmodi præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes, ipſumque exponentem à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine ſi quibus quomodolibèt innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxát conſequendum, harum ſeriè abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati; diſcretioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, quatenùs vocatis ad id, qui fuerint vocandi prædictas, nec non quam, & quas

prædi-

prædictus exponens ſuper præmiſſis, rebuſque alijs in eiſdem actis latiùs deducendis contra dictos Ordinarios ſeù illorum Vicarios, aut dilectos filios illorum Procuratores fiſcales, omneſq; alios in executione citationis præſentium vigore decernendos, nominandos, & cognominandos habet, & mouet, habereque, & mouere vult, cauſas; cum omnibus ſuis incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, ſummariè ſimplicitèr, & de plano, tàm coniunctìm, quàm diuisìm, ſola facti veritate inſpecta, auctoritate noſtra audias, cognoſcas, fineque debito termines, & decidas, Nos enim tibi dictos Aduocatos, omneſque alios, quos opus fuerit, etiam vltrà quatuor dietas exiſtentes, etiam per Edictum publicum, conſtito ſummariè, & extraiudicialitèr de non tuto acceſſu, citandi, & eiſdem Epiſcopis, ſub interdicto ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis à Diuinis, eorum verò Vicarijs, & alijs quibus inhibendum erit, ſub excommunicationis, & alijs Eccleſiaſticis ſententijs cenſuris, & pœnis inhibendi, cæteraque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria

ceſſaria

ceſſaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi plenam, & liberam, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus facultatem; Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Ferrariæ ſub anulo Piſcatoris die 28. Maij 1598. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Digitized by Google

BREVE

Fęlic. record. Clem. Papæ VII. in quo motu proprio mandauit Officiales Reu. Fabricæ haberi pro veris, & non fictis familiaribus Papæ, cum omnibus exemptionibus, & priuilegijs eorundem familiarium in Palatio Apoſtolico habitantium.

CLEMENS EPISC.

Seruus Seruorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

DVM Ad aſſiduos labores, quos Dilecti filij Collegium Præfectorũ Fabricæ Baſilicæ Beati Petri nupèr per Nos erectum; Nec non Secretarius, Iconomus, Computiſta, & Mandatarius moderni Officiales eiuſdem Collegij circa eandem Fabricam præſtare non ceſſant, debita meditatione attendimus, meritò inducimur, vt ipſos condignis fauoribus proſequamur, & gràtijs, hinc eſt, quod Nos Collegium, & Præfectos ipſos, eorumque ſingulares ſexaginta videlicèt

Digitized by Google

cèt * perſonas, etiam Prælatos: Nec non præfatos Secretarium, Iconomum, Computiſtam, & Mandatarium, Officiales Collegij huiuſmodi, nunc, & pro tempore exiſtentes, ac eorum quemlibet ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, ac à quibuſuis excommunicationibus ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſeriè abſoluentes & abſolutos fore cenſentes. Motu proprio, non ad Collegij præfectorum perſonarum Secretarij Iconomi, Computiſtæ, Mandatarij huiuſmodi, aut alicuius alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam. Sed de noſtra mera liberalitate, ac ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Collegium, * Præfectos perſonas, Prælatos, Secretarium, Iconomum, Computiſtam, & Mandatarium huiuſmodi, nunc, & pro tempore exiſtentes, nec non ſingulos Clericos, per ſingulos ex eiſdem Præfectis perſonis, etiam

O Præla-

* *Numerus iſte ſexaginta virorum, nec non aliorum hic per Clem. 7. nominatorum, intelligi debet moderno tempore de Sacra Congregatione Reu. Fabricæ, ac de omnibus Miniſtris, & Officialibus, cum litteris Patentibus eiuſdem Sac. Congregationis actu inſeruientibus, iuxtà facultatem ab eodem Clem. 7. attributã pro Fabricæ proſpero gubernio ad libitum ſtatuendi in eius Conſtit. 3. ſæpiùs indicata.*

* *Collegium, & Deputati Reuerendæ Fabricæ accipiuntur in veros familiares Papæ.*

* *Et pro tempore ſubrogandos etiam ſub alio nomine, dumodò inſeruiant Reu. Fabricæ cum litteris Patentibus Collegij.*

Prælatis, Secretario, Iconomo, Computiſtæ, & Mandatario, eorumque loco pro tempore ad infraſcripta nominandos, & ſubrogandos, * ſuper quo ipſis Collegio Præfectis, perſonis etiam Prælatis, Secretario, Iconomo Computiſtæ, & mandatario, & earum cuilibet; per præſentes facultatem concedimus, quorum omnium, & ſingulorum nomina, & cognomina, qualitateſque, ac Ciuitates, & Diœceſes, ex quibus ſunt oriundi, præſentibus pro expreſſis haberi volumus, & eorum quemlibet in noſtros veros antiquos, & non fictos familiares, continuos commenſales Apoſtolica auctoritate tenore præſentium gratioſè recipimus, & admittimus. Aliorum antiquorum verorum etiam in Palatio noſtro, & illius Tinello actu comedentium familiarum noſtrorum continuorum comenſalium numero, & conſortio fauorabilitèr aggregamus; ac quamuis in dicto Palatio non habitent, & in illius Tinello non comedant, & in Bulla, ſeù Rotulo deſcriptorum antiquorum deſcripti, ſeú annotati non exiſtant: Nihilominùs veros, & indubitatos familiares continuos comenſa-

menſales antiquos noſtros exiſtere, & vbiquè cenſeri debere, vt & tales in quibuſcumque impetrationibus, ſeu cōceſſionibus quomodolibet faciendis, & concedendis ſe nominare poſſe, nec propterea eorum impetrationes, & conceſſiones alicui ſurreptionis vitio ſubiacere, ſed validas, & efficaces exiſtere, ipſoſque Collegium, Præfectos, perſonas, etiam Prælatos, Secretarium, Iconomum, Computiſtam, & Mandatarium huiuſmodi, pro tempore exiſtentes, ac per quemlibet eorum ſubrogandos, et eorum quemlibet, omnibus et ſingulis, ac illis prorſus ſimilibus antelationum prærogatiuis, conceſſionibus, mandatis, exemptionibus * decretis, gratijs, fauoribus, priuilegijs, declarationibus, et indultis, etiam quoad expeditionem literarum, et gratiarum expectatiuarum, quibus alij noſtri familiares continui comēſales antiqui, etiam ante tempus, et tēpore aſſumptionis noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem Nobis immediate actu ſeruientes, et pro tempore deſcripti de iure, vel de conſuetudine, vtuntur, potiuntur, et gaudent, ac vti, potiri, et gaudere poterunt,

* *Cum omnibus exemptionibus, & prærogatiuis familiariū in Palatio Apoſtolico habitantium.*

quomodolibet in futurum, etiam in aſſecutione beneficiorum, Eccleſiaſticorum, quorumcumque, etiam vigore gratiarum expectatiuarum,* etiam per nos eis pro tempore conceſſarum, & illarum extenſionum mutationum, collationum, & reualidationum, vti, potiri, & gaudere, ac in quibuſcumque regulis, & litteris Apoſtolicis, ſeù Conſtitutionibus, & declarationibus, circa noſtros antiquos familiares, continuos comenſales nobis actu in dicto Palatio ſeruientes, & in illius Tinello comedentes, ac antiquos, & pro tempore deſcriptos huiuſmodi forſan factis, & pro tempore faciendis, pro earum conſequendo effectu incluſos, & comprælenſos eſſe, ac vbi dicti familiares continui comenſales antiqui, & deſcripti excipiuntur, etiam exceptos eſſe, & excipi; nec non quibuſcumque alijs perſonis cuiuſcumq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, quibus dicti antiqui, non per priuilegium, ſed veri deſcripti familiares continui comenſales noſtri anteferuntur, & vigore quarumcumq; prærogatiuarum concedendarum pro tempore anteferentur,

* *Nota quod huiuſmodi gratie, & aliæ concernentes expeditiones benefitiorum hodie non ſunt in vſu.*

tur, in aſſecutione beneficiorum hu-
iuſmodi anteferendos eſſe, ac ante-
ferri, & præferri debere, ſine tamen
eorum deſcriptorum præiudicio; Sic-
que in præmiſſis omnibus, & ſingu-
lis per quoſcumque Iudices etiam S.
Romanæ Eccleſię Cardinales, & cau-
ſarum Palatij Apoſtolici Auditores,
tàm in Romana Curia, quàm extrà
eam, in quibuſuis cauſis pro tempo-
re motis, & quauis inſtantia iudican-
dum fore, ſublata eis, & eorum cui-
libet, alitèr interpretandi, & iudi-
candi facultate, & auctoritate, ac ir-
ritum, & inanè, ſi ſecus ſuper his à
quoquam quauis auctoritate ſcientèr
vel ignorantèr contigerit attentari.
Motu ſcientia, ac poteſtatis plenitu-
dine ſimilibus decernimus, & decla-
ramus; Et nihilominùs Collegio Pręfectis perſonis, etiam Prælatis, Se-
cretario, Iconomo, Computiſtæ, &
Mandatario præſentibus, & futuris
huiuſmodi, ac eorum ſurrogandis, &
eorum cuilibet. Clericis tamen, vel
militiæ. Clericali aſcribi deſideran-
tibus de tribus Canonicatibus cum
reſeruationibus totidem præbendæ,
etiam maiorum, & pinguiorum triũ
Cathedralium, etiam Metropolita-
narum,

narum, vel Collegiatarum, ac dignitatis, perſonatus, adminiſtrationis, vel officij cuiuslibet earumdem Eccleſiarum: Nec non præſtimoniorum, ſeù præſtimonialium portionum, quorum fructus redditus, & prouentus centum ducatorum auri de Camera, ſecundùm communem extimationem valorem annuum non excedant: Nec non de tribus beneficijs Eccleſiaſticis, etiamſi quodlibet eorum cum cura, aut Decanatus, vel Archipresbyteratus ruralis, ſeù Vicaria, vel Cappellania perpetua, qui, vel quæ dignitas etiam curata extrà tamèn Cathedralem Eccleſiam reputetur, ſeù dignitas, perſonatus, adminiſtratio, vel offitium etiam curata, & electiua, aut Canonicatus, & præbenda, etiam electiua in Cathedrali etiam Metropolitana, vel Collegiata Eccleſia fuerit, quorum ſingulorum fructus, redditus, & prouentus centum, & quinquaginta ducatorum ſimilium, ſecundùm taxationem decimæ valorem annuum, etiam non excedant ad collationem prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeù quamuis diſpoſitionem quorumcumque trium Collatorum,

ſeù

ſeù collatricum Secularium, vel regularium per eos, & eorum quemlibet reſpectiuè in ſingulis eorum litteris eligendorum, vel eligendarum, etiam ratione dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, vel Officiorum communitèr, vel diuisìm ſpectantibus prouidemus, ac prouideri mandamus, ac litteras Apoſtolicas, ſub data currenti, quæ perindè valeant, ac ſi ſub Dat. Kal. Maij, Pontificatus Noſtri anno ſecundo, conceſſæ, & proceſſus deſuper decernendos, acſi die vigeſima prima menſis Auguſti Pontificatus, & anni prædictorum decreti, & tunc Collegium, Præfecti, perſonæ etiam Prælati, Secretarius, Iconomus, Computiſta, & Mandatarius eorumque ſurrogandi præfati, & eorum quilibet, veri familiares noſtri continui comenſales antiqui, veri, & non per priuilegium deſcripti fuiſſent, etiam ad tertiam collationem ad largam, vel cum creatione in canonicum, ac de præſtimonijs, ſeù præſtimonialibus portionibus, aut ſimplicibus beneficijs huiuſmodi, etiam cum mutatione Priorum collationum ad alias collationes, cum creationibus in Canonicos, ſeù

ad

ad largas, abſque alia noſtra Signatura, proùt eis communitèr, vel diuisìm vtiliùs videbitur expediri volumus; & etiam mandamus. Nec non cum illis, ex Collegio, Præfectis, perſonis, etiam Prælatis, Secretario, Iconomo, Computiſta, Mandatario, & ſurrogandis huiuſmodi, qui forsàn ætatis ſupra XVII. annum conſtituti, vt curata, ſeù aliàs inuicem incompatibilia, etiam vt præfertur, qualificata, cum illis verò qui natalium ex quocumque illicito coitu procreati defectus pro tempore patientur, vt Canonicatns, & Præbendas, ac dignitates, aliaque omnia, & ſingula beneficia ſupradicta, nec non cum omnibus ſupradictis, & eorum quolibet, vt tria curata, ſeù aliàs inuicem incompatibilia etiam, vt præfertur, qualificata, ſub eorum gratijs expectatiuis compræhenſa, ac literarum deſupèr conficiendarum vigore eis conferenda recipere, & insimul quoad vixerint retinere liberè, & licitè poſſint, & valeant, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus. Non obſtantibus defectibus prædictis, ac Pictauenſis, & Lateranenſis generalis Conciliorum. Nec non alijs Conſtitu-

ſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum in quibus beneficia prædicta forsàn fuerint iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam de optando maiores, & pinguiores præbendas, & non obtinendis præſtimonijs,niſi per Canonicos actu præbendatos, nec non quibuſcumque antelationum prærogatiuis, declarationibus, conceſſionibus, & indultis quibuſuis perſonis, etiam dictæ Curiæ Officialibus, & ipſorum Collegijs, Motu ſcientia, & poteſtate prædictis conceſſis, & concedendis, quæ ipſis aduerſus præmiſſa nullatenùs ſuffragari poſſe decernimus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Prætereà volumus, & auctoritate Apoſtolica decernimus, quod tranſumptis præſentium manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem fides adhibeatur,quæ eiſdem originalibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ adhiberetur. Quodque pro prædictis omnibus, & ſingulis communitèr, vel diuisìm,dummodò quod de gremio ipſius Collegij, aut

eius Officiales, ſeù modo præmiſſo ſurrogati exiſtant duo Deputati, ac Secretarius Collegij huiuſmodi pro tempore per cedulam eorum manu ſubſcriptam fidem fecerint; litteræ Apoſtolicæ ſuper omnibus, & ſingulis gratijs, conceſſionibus, & indultis prçmiſſis oportunæ expedire poſſint. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, receptionis, admiſſionis, decreti, prouiſionis, mandati, voluntatis, & diſpenſationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, Si quis autèm hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicç milleſimo quingenteſimō vigeſimo ſexto. Pridie Kal. Decembris Pontificatus noſtri anno quarto.

Hen. de Buſſeyo.

DE-

Digitized by Google

DECRETVM

San. mem. Pauli Papæ III. Inſertum in Breui erectionis Confraternitatis ſub inuocatione Principis Apoſtolorum de Vrbe, ſuper exemptione Officialium Reuerendæ Fabricæ, eorumque familiarum, & ſeruitorum durante eorum officio, à quacumq; iuriſdictione,& in cauſis tàm ciuilibus, quàm Criminalibus.
Anno 1555.

PAVLVS PP. III.

Si Cunctarum &c.

AC Commiſſarios prædictos, & eorum ſubrogatos, quos, nec non bona illorum, durante eorum officio, ab omni Iuriſdictione ordinaria eximimus; & totalitèr liberamus; coramque alio, quàm coram Commiſſarijs per Nos, vt præfertur deputandis reſpectiuè, in quibuſuis eorum cauſis, & negotijs, tàm ciuilibus, quàm criminalibus * conueniri, ac Ordinarij, ac eorum Officiales, etiam ratione domicilij, delicti, vel contractus, aut rei,

* *Officiales Reu. Fabricæ exempti ſunt ab omni alia Iuriſdictione tàm ciuili, quàm criminali; & cum huiuſmodi priuilegio traduntur litteræ patentes; vt pro exemplo habes impreſſas infrà.*

de qua ageretur, vbicunque domicilium habuerint, committatur delictum, & iniatur contractus, ſeù res ipſa conſiſtat in eos, & familiares, * ſeruitores, aùt bona eorum, Iuriſdictionem, ſuperioritatem, dominium, & poteſtatem exercere; aùt in eos, excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, ſeù quaſuis alias Eccleſiaſticas ſententias cenſuras, & pœnas promulgare non poſſe: nec non omnes, & ſingulos proceſſus, ſententias, & pœnas, quos, & quas per Ordinarios, Vicarios, & Officiales prædictos contra eos, eorumque Promotores huiuſmodi habere, & promulgari contigerit, irrita, & inania, nulliuſque roboris, vel momenti exiſtere decernimus, &c.

** Proùt etiam exempti ſunt eorum ſeruitores, actu illis Officialibus inſeruientes, quibus conceditur facultas deferendi Arma ad inſtar Cameralium.*

Datum Romæ apud S. Marcum anno Domini 1535. ſexto Idus Auguſti Pontificatus Noſtri Anno 1.

D E-

DECRETVM

S.me.Pauli PP.III. inſertum in Bulla 31. in Bullario nouo incipiente; Dum ad Vniuerſas anno 1541. §. 46. ſuper extenſione, & confirmatione Priuilegiorum Reu. Fabricæ in perpetuum.

PAVLVS EPISC.

Seruus Seruorum Dei.

Dum ad Vniuerſas &c.

ET Vt omne dubium, & ambiguitas in futurum ceſſare debeant. Ipſique Deputati opus Fabricæ huiuſmodi diligentiùs proſequi poſſint; Ipſis aliiſque dictæ Fabricæ pro tempore Deputatis*. Quod omnibus, & ſingulis priuilegijs, prærogatiuis, facultatibus, Iuriſdictionibus, gratijs, & Indultis, tàm Commiſſarijs per Iulium, & Leonem, ac Collegio præfatis, per Clementem Prædeceſſores prædictos ad commodum, & vtilitatem dictæ Fabricæ, quàm etiam per

** Deputati Reu. Fabricæ, & pro tempore deputandi poſſunt vti omnibus priuilegijs Iuriſdictionibus & gratijs antea conceſſis.*

Intellige tamen de facultatibus exemptionibus, & iuriſdictionibus Collegij Fabricæ non autem de Indulgentijs diſpenſationibus & alijs per Pium 4. ſuppreſſis an. 1562.

Nos,

Digitized by Google

Nos, per ſingulas litteras prædictas Commiſſarijſquè, & Collegio præfatis per eoſdem Prædeceſſores, ac Nos (vt præmittitur) hactenùs reſpectiuè conceſſis, ſub nomine Collegij præfati, vti, & illa exercere valeant, eiſdem auctoritate, & tenore concedimus, & indulgemus; Ac ſingulas noſtras, ac Prædeceſſorum noſtrorum literas huiuiuſmodi, ad dictos, etiam pro tempore deputatos, & ad Vniuerſas Prouincias in ſingulis litteris prædictis expreſſas extendimus, & ampliamus: Nec non præſentes literas ad noſtrum, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium beneplacitum durare: * Ac beneplacitum huiuſmodi, & præſentes literas, per generalem reuocationem, ſeù Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, etiam per ſucceſsores noſtros prædictos, pro tempore edendas, aút aliàs etiam, niſi per alias noſtras ſub plumbo, cum præſentium de verbo ad verbum inſertione literas, minimè reuocari poſſe: Sed quotiens alitèr quàm, vt præmittitur reuocari contigerit, totiens de nouo conceſſas intelligi: Sicque per quoſcumque Iudices,

** Præſentes literæ durãt ad ipſius Pauli, & ſucceſſorum beneplacitum: Nec per generalem reuocationem, ſeù per Regulas Cancellariæ reuocari poſſunt.*

dices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quauis inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet, quauis alitèr iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, ſententiari, & diffiniri debere. Necnon quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Irritum, & inanè decernimus &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1541. tertio Nonas Februarij Pontificatus anno Octauo.

Collegium Eminentiſsimorum, & Reuerendiſs. DD. Cardinalium excelſæ Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe Præfectorum.

DILECTO Nobis in Chriſto Salutem in Domino ſempiternam. Cum aliàs in ordinibus, ſeù inſtructionibus per Commiſſarios Reu. Fabricæ prædictæ obſeruandum & de anno 1650. Romæ impreſſis inter

Collegium Reu. Fabricæ conſueuit tradere litteras patentes Officialibus inſeruientibus cum priuilegio deferendi Arma, tàm pro Officiali deputato, quàm pro famulo actu illi inſeruienti, & cum omnimoda

Digitized by Google

exemptione, à quacumque alia iuriſdictione tàm ciuili, quàm Criminali: vt pro exemplo habes impreſſas.

inter alia fuerit à nobis prouiſum, vt Commiſſarij prædicti in qualibet Ciuitate, & Diœceſi illorum commiſſionum, vnumtantùm Procuratorem fiſcalem idoneum nominare potuiſſent, reſeruata deindè nobis facultate litteras patentes deſuper opportunas ad fauorem nominatorum expediendas, & cum tu à R.I.V.D.D.

noſtro, & dictæ Fabricæ in & alijs Ciuitatibus, earumq; Diœceſibus Commiſsario ad officium prædictum pro dicta Ciuitate

eiuſque Diœceſi fueris nominatus, vt de dicta nominatione penès infraſcriptum noſtrum Secretarium ſufficientèr docuiſti. Nos igitur eamdem nominationem benignè acceptantes, & approbantes, teque fauoribus, & gratijs ſpecialibus proſequi volentes, reuocantes, & reuocatos eſse declarantes omnes alios ſimiles Procuratores hactenùs in dicta Ciuitate, ac Diœceſi per quoſcumque Commiſsarios tàm præſentes, quàm præteritos, ac etiam per nos conſtitutos, & quomodolibet deputatos, te eumdem de cuius idoneitate, & integritate plurimum

in

in Domino confidimus, non recedentes in aliqua parte à dictis Inſtructionibus, ſecundum quarum tenorem, & non aliàs deputationem huiuſmodi ſemper factam, & intelligendam eſſe volumus, & declaramus, noſtrum, & dictæ Fabricæ Procuratorem Fiſcalem in Ciuitate præfata, ac Diœceſi ad promouendum, proſequendum, & à dicto Commiſſario decidi, & terminari peteñ, omnes, & ſingulas lites, & cauſas motas, & mouendas ſuper exequutione legatorum, & relictorum piorum reuiſione bonorum Eccleſiaſticorum malè alienatorum, & fructuum perceptorum vendicatione, & reſtitutione iuxtà formam facultatum Reu. Fabricæ, illiuſque bona, & iura quæcumque ipſius Fabricæ contra quoſcumque defendendum tuendum, ac procurandum necnon ad cogendum Notarios, Archiuiſtas, & alias quaſcumque perſonas ad exhibeñ teſtamenta, codicillos, & ſcripturas ad cauſas ſupradictas facientes, & Fabricæ intereſse concernentes, illarumque copias, tàm publicas, quàm priuatas tibi tradendas, & conſignandas, ſeruata tamen forma in præmiſſis dictarum

Inſtructionum articulos, poſitiones, & exceptiones exhiben̄. Iuraque quæcumque producen̄, teſtes examinari, & eorum dicta publicari, ſententias tàm diffinitiuas, quàm interlocutorias promulgari, & publicari, illaſque contra quoſcumque tàm realitèr, quàm perſonalitèr exequi facien̄, ac quorumcumque mandatorum de immittendo poſseſſionem quorumcumque bonorum dictæ Fabricæ nomine capiendum, & apprehendendum, ac manuteneri inſtan̄ nec non à quibuſuis ſententijs appellan̄, & appellationes proſequen̄ iuramenta quæcumque, licita tamen, & honeſta præſtan̄, omniaque alia, & ſingula facien̄, geren̄, exercenda, & exequenda, quæ noſmetipſi circa præmiſsa facere, gerere, exercere, & exequi poſsemus, ſi præſentes; & perſonalitèr intereſsemus, etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus ſit expreſsum ad annum tantùm ab hodie proximum, dummodò per totum idem tempus dictus Commiſsarius in officio Commiſsariatus huiuſmodi continuauerit, eo autem ex quocumque capite Commiſsario

miſsario eſse deſinente, præſens quoque deputatio ceſsare debeat eo ipſo, & interim etiam eodem anno durante, ſemper, & quandocumque ad noſtrum merum beneplacitum facimus creamus, conſtituimus, & deputamus, cum omnibus, & ſingulis oneribus, honoribus, facultatibus, indultis, gratijs, prærogatiuis, & priuilegijs, quibus cæteri Reu. Fabricæ Procuratores Fiſcales, eiuſque Officiales, & Miniſtri, ipſique Officiales Camerales*; alijque Iuſtitiæ Miniſtri, actu exercentes de iure, vel conſuetudine, & ex ſuis facultatibus, & priuilegijs vti, frui, & gaudere ſolent, poſsunt, & debent etiam quoad delationem Armorum* cuiuſcumque generis, & tàm pro te, quàm pro vno famulo tibi actualitèr inſeruiente (archibuſetto, ſeú piſtola breuioris miſuræ, cultris Ianuenſibus, ac ſtillo duntaxat exceptis) Ac etiam reſpectu tui tantùm quoad exemptionem, cuiuſcumque alterius fori in quacumque cauſa tàm ciuili, quàm criminali, & mixta. Omnibns, & ſingulis propterea, ad quos ſpectat, ac præſentes peruenerint, ſeù oſtenſæ fuerint eadem auctoritate Apoſto-

** Cum priuilegijs Cameralium.*

** Cum facultate deferendi Arma, etiam pro famulo actu inſeruiente.*

lica præcipimus, & mandamus, vt te in Procuratorem Fiſcalem Reu. Fabricæ huiuſmodi recipiant, tractent, & admittant, dictiſque omnibus, & ſingulis facultatibus, & priuilegijs vti, gaudere, & potiri faciant, & permittant, nec te aliquo modo impediant, nec præmiſſis in aliquo contraueniant ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, alijſque in priuilegijs, & facultatibus Apoſtolicis conceſſis eidem Reu. Fabricæ comminatis, ad quarum exequutionem in caſum contrauentionis irremiſſibilitèr procedemus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem has præſentes per Eminentiſſimum Collegij noſtri D. Cardinalem Præfectum antiquiorem, & Secretarium noſtrum infraſcriptum ſubſcriptas fieri, ſigillique eiuſdem noſtri Collegij, quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus impreſſione muniri. Dat. Romę in Collegio noſtro Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti
Indictione Die verò Menſis
Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Diuina Prouidentia Papæ Anno eius

EDIT-

EDITTO

Il Collegio dell'Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Signori Cardinali della Sacra Congregatione ſopra la Reu. Fabrica di S. Pietro di Roma.

DOuendoſi far cauare, & cōdurre dalle Montagne di Cottanello à Roma d'ordine della Santità di Noſtro Signore Papa Innocentio X. ventiquattro Colonne di pietra miſchia per compire il magnificentiſſimo ornamento fatto dalla Santità Sua nelle ſei gran Cappelle della Sacroſanta Baſilica Vaticana, & deputato per cauarle, & condurle il Magnifico Santi Ghetti da Carrara, al quale ſopra di ciò ſon ſtati dati li ordini, e facultà neceſsarie, come nella Patente ſpeditalene da queſta Sacra Congregatione ſotto li 23. Febraro proſſimo paſsato. Et hauendo il medemo Santi d'ordine noſtro in alcune parti già fatto allargare, & in altro aprire vna nuoua ſtrada per la più facile loro conduttura dal detto luogo di Cottanello al Teuere, perche in alcuni luoghi, doue paſsa

Fabrica conſueuit publicare bandimēta, & Edicta pro ſeruitio, & ſecuritate hominum, & Animalium illi pro tempore inſeruientium; Vt pro exemplo habes hec impreſſum in Pontificatu Sa. mem. Innoc. X. pro aſportatione columnarū Cottanelli Marmoris in Sabinis.

la

la medeſima nuoua ſtrada, vi ſono ſtati alcuni, che hanno ardito per impedir queſto paſso attrauerſarla con foſſi, altri che vi hanno ſeminato grano, biade, ò legumi, ne vi è mancato chi con temeritá grande hà tentato opporſi de facto al paſso, & carreggio di dette Colonne, & chi ancora hà impedito il paſcolo alle Bufale, che le conducono. Per euitare tutti queſti inconuenienti, & che l'ordini dati dalla Santità Sua ſiano eſseguiti. Con il preſente Editto ſi prohibiſce à qualunque perſona di qualſiſia ſtato, grado, ò conditione, e non ſolo à particolari, mà Communità, & Vniuerſità, e particolarmente di Cottanello, Vacone, la Rocchetta, Turri, Forano, Stimigliano Ponzano, Poggio ſemail, S. Paolo, Selci, Confignio, Magliano, Colle vecchio, Montaſola, & qualſiuoglia altra Terra, ò Caſtello, per doue paſsa detta nuoua ſtrada, ò altra che biſognaſse aprirſi di nuouo, e per la quale deue farſi il Carreggio di dette Colonne, che non ardiſcano durante il detto Carreggio, che dourà eſser terminato per tutto il meſe di Giugno 1652. per qualſi-

uoglia

Digitized by Google

uoglia cauſa ne per ſe, ne per altri impedire, sbarrare, ò attrauerſare con foſſe la ſudetta ſtrada fattá, ò da farſi, ne meno ſeminarui grano, ò altra ſorte di biade, legumi, ò vettouaglie, ne impedir li Carri, Bufali, Huomini, Garzoni, e Fattori di detto Santi, che non poſſano liberamente, e ſenza veruna ſorte d'impedimento, ò trattenimento paſſare per tutta la medema ſtrada, ò parte d'eſſa, e fare il detto Carreggio, ma debba per tutto il detto tempo laſciarla libera, & eſpedita per l'effetto ſopradetto. Et così ancora ſi prohibiſce, che neſſuno ardiſca impedire alli Bufali, ò altri animali, che douran fare il detto Carreggio il paſcolo cõtro la forma, e tenore della Patente per detta opera, & Carreggio come ſopra conceſſa al detto Santi, ne alla medema Patente in qualſiuoglia modo contradire, ò contrauenire, ſendoſi prouiſto nella medema Patente, che l'intereſsati ſiano reintegrati de i danni, che gli ſi faranno, come in detta Patente. Volendo che quella ſia da ogn'vno, à chi ſpetta, in tutte le ſue parti inuiolabilmente obedita, & oſseruata. Et in caſo di contrauentio-

uentione così à tutte, & ſingole coſe eſpreſsamente contenute nel preſente Editto, come à qualſiuoglia altra eſpreſsa in detta Patente doppo, che li ſarà ſtata notificata, ſe ſarà Communità, ò Vniuerſità, incorra per ogni volta nella pena di ſcudi cinquecento moneta, & ſe ſarà perſona particolare, di ſcudi cento ſimili d'applicarſi ipſo facto, & irremiſſibilmente à detta Reuerenda Fabrica, & altre anco maggiori ad arbitrio di queſta Sacra Congregatione ſecondo la qualità, e circonſtanza de caſi, che ſeguiſsero in contrario. Volendo che il preſente Editto publicato in Roma; & affiſso alle Porte delle Terre, ò Caſtelli ſopranominati leghi, & obligi ogn'vno, come ſe li fuſse ſtato perſonalmente intimato, auuertendo ciaſcheduno ad obedire, ne voler contrauenire, che ſi procederà contro li traſgreſsori con ogni rigore, etiam ex offitio, e ſenza querela di parte. Et per più facile, e preſta eſsecutione di tutte, e ciaſcheduna coſa contenuta nel preſente Editto, ſi deputa per Eſsecutore del medemo Editto Monſignor Reuerendiſſimo Caſanate Gouernatore

di

di Sabina, communicandoſeli le facoltà di queſta Sacra Congregatione, & ogn'altra neceſſaria, & opportuna. Dat. in Roma nel Collegio di eſsa Reu. Fbbrica li 6. di Luglio 1650.

INSTRVTTIONI

Da ſeruarſi dalli Commiſſarij della Reuerenda Fabrica di S. Pietro di Roma per il Stato Eccleſiaſtico.

DEſiderando la Sac. Congregatione dell' Eminentiſſimi, e Reuerendiſſimi Signori Cardinali Deputati ſopra la Reuerenda Fabrica di S. Pietro di Roma, alla quale per diuerſi priuilegij Apoſtolici ſpetta la cura di far'eſeguire le pie diſpoſitioni, che li Commiſſarij à queſt'effetto da lei deputati, e da deputarſi per il Stato Eccleſiaſtico eſercitino il lor'officio, non ſolo con rettitudine, mà con la pietà propria di queſto pio Tribunale, hà deliberato accompagnarli con le preſen-

ti Inſtruttioni, quali doueranno da loro eſser'inuiolabilmente oſſeruate, & acciò ſiano note à chiunque vi poſsa hauer'intereſſe, hà anco ordinato ſiano impreſſe, & publicate.

1 Et prima ad effetto, ch'alcuno ſotto nome di Commiſſario della Fabrica non habbia ardire publicarſi per tale, non eſſendo, & eſſercitare indebitaméte tal'Commiſſione, con grauare i popoli, dourà il Commiſſario, gionto che ſarà nelle Città, e luoghi contenuti nella ſua Patente, moſtrarla à i Veſcoui, Ordinarij, ò loro Vicarij, e farli conſapeuoli delle facoltà ſue, ad effetto anco che nell'occaſioni ne poſſi riceuere aiuto, e fauore, e ſimilmente notificarla alli Gouernatori, ò Magiſtrati principali di detti luoghi, acciò ſiano informati della continenza, e tenore di eſſa, e chiedendone copia, glie la laſſi cauare gratis, e ſenza mercede alcuna.

2 E perche con più facilità ſi poſſa ſodisfare alla pia mente de i Teſtatori, & l'anime loro riceuere il

re li ſuffragij mediante l'opere pie da loro ordinate, vedendoſi ben ſpeſso, che l'Heredi ſi ſcordano d'adempire le loro obligationi, detto Commiſsario per hauerne notitia ricercarà li Notarij, Attuarij, Archiuiſti, e qualſiuoglia altro Conſeruatore di ſcritture, che gl'eſibiſcano, e conſegnino frà competente termine nota di tutti li Teſtamenti, legati pij, Codicilli, donationi cauſa mortis, & altre diſpoſitioni etiam inter viuos da ciaſcheduno d'eſſi rogata, ò conſeruata; Promettendo à detti Notarij, che li daranno authentichi, di pagarli doi, e mezzo per cento di quello ſarà effettiuamente ſtato eſatto in beneficio della Fabrica per le ſudette note, & ſia obligato effettualmente pagarli ſeguita l'eſattione con riportarne da eſſi Notarij le riceuute, ſenza le quali non ſi farà buona al Commiſsario queſta ſpeſa. Et non ſodisfacendoſi il Commiſsario delle note date, ſia in ſuo arbitrio far vedere per il ſuo Cancelliere, & per ſe ſteſso li loro Protocolli, &

Digitized by Google

li Notarij ſiano tenuti preſtar'patienza, che li poſſino vedere, e far vedere, e volendone fede in publica forma; li Notarij ſiano tenuti à dargliele, e laſsarle eſtrahere dal ſuo Cancelliere con la detta promeſsa di due, e mezzo per cento.

3 Et ad effetto che ſi proceda cõ ogni legalità, e ſchiettezza, douerà il Commiſsario tener'vn Notaro idoneo, che ſi roghi così dell'atti delle cauſe, che in qualſiuoglia modo s'introduranno auanti di lui, come di tutti l'altri Inſtrumenti ſpettãti al ſuo officio, e ſcritture concernenti in qualſiuoglia modo l'intereſſi d'eſsa Reu. Fabr.

4 Et in oltre il medemo Commiſsario dourà notare in vn libro tutte le cauſe, ch'alla giornata ſi cominciaranno ſubito che le parti ſaranno requiſite, ò citate, & all'incontro di ciaſcheduna partita notare il fine, ch'ogn'vna d'eſse hauerà hauuto, cioè ſe le parti ſaranno ſtate aſsolute, ò condannate, & in che ſomma, ò pure ſe ne ſia ſtata fatta gratia, ò compoſitione

tione dalla Sacra Congregatione, & inſieme il pagamento, che ne ſeguirà.

5 Di più in vn'altro libro ſcriuerà il medemo Commiſſario da vna parte li denari, che giornalmente ordinarà ſiano eſatti per la Fabrica mediante li bollettini, come nelli ſeguenti Capitoli, & annotarà li nomi, e cognomi de Teſtatori, e di chi paga, & le cauſe, & luogo diſtintamente, facendo nel principio del libro tauola per alfabeto de nomi, e cognomi di detti Teſtatori, & dall'altra parte incontro ad eſsa partita contraporrà le portioni pagate à i legatarij, ò vero la cauſa, perche non ſi ſia eſatto, e per euitare ogni fraude, queſto libro dourà portarlo il Commiſſario da Roma, che ſia affogliato, & approuato nel principio dal Segretario della Sacra Congregatione con il ſuo nome, e ſigillo della Reu. Fabrica, dalla quale ſi comprarà, & ſe li conſegnarà gratis.

6 Douerà in oltre il medemo Commiſſario nominare, & con l'approuatione della Sacra Congrega-

